P. IACOBI BIDERMANI

E Societate Iesv

HERODIAS,

ET

SILVVLÆ

HENDECASYLLABORVM.

P. IACOBI BIDERMANI

E Societate IESV

HERODIAS

Recognita postremùm & aucta.



VENETIIS, M. DC. LXVIII.

Apud Paulum Balleonium,

Superiorum permissu, & Priuilegio.



LECTORI
BENEVOLO.





NFANTES tibi sistimus, Lector; vix dum natos, & iam militiæ gnaros, bimulos heroas: quos in Cunis plerosq; & adhuc à matre rubentes, bella exceperunt: vbi, quamquam ijs nec ætas dum aderat, nec manus, qua telum stringerent, aut hostem ferirent; desinu tamen ita pugnarunt inermes, vt cùm acie victi caderent omnes de hostis sui victoria triumpharent. Hos, inquam, tales damus, lactentem turbam: vt eapropter, si neque carmen hoc tibi grande videbitur, tu cogites, de Infantibus, non Gigantibus scriptum esse. Cæteram instituti carminis rationem sic accipe.

Anni sunt amplius triginta, cum adolescens Infantes. *Herodianos composui; argumentum pluribus libatum antea, aut strictim, velut ex itinere, contactum; à nullo quem viderim, vberius pertractatum. Sumpsi primus ex professo scribere; & ad conandum, trahebar affectu.*

Alij aliïque excepere: & sequentur plures; dum sese in Cælites hos prætextatos, totus olim Helicon effundet.

Tres operis institui partes. Prima, cædes memoratur: vera quidem illa & fœda; tametsi non eo planè modo, quo re ipsa perpetrata fuit; certè autem, quo peragi potuit. Et fas erat poetæ, vbi historia tacuit, veri similia diuinare. Neque enim, quos etiam in Aeneide legimus cecidisse ferrum e a parte omnes receperunt, qua carmini visum fuit. In Nominibus Infantulorum, decorum fuerat, gentilia deligere. Sed ea fuere Hebræa, id est, aspera magnam partem, & ad numeri leges contumacia; vt proin alia me ab exteris(quibus Iudæi iam tum assueuerant) oportuerit accire. Quod ipsum ne in fabulis etiam auderem, quarum f rax poesis est, obstitit religio gentis: vt satius mihi fuerit, aliquam nitoris poetici (qui se plurimus hinc offerebat) acturam facere, quam à decoro discedere. Libuit tamen Imagines, penicillo acuque pictas, poemati permittere: quòd ab ijs auctoribus ego numquam steteram, qui Iudæis. omni Imaginum vsu interdictum voluere: & expediebat carmini meo, dissentire.

Proximo volumine, factæ Cæsorum Infantum exsequiæ narrantur. Additi ludi, quos ducibus suis Herodes, quasi periculo defunctus, in circo dedit. Sed hominem adorta denuo cura, filium ei, nondum trimulum, in suspicionem adduxere: quem idcirco(si Macrobio fides) ceterorum neci, pater impius, auctarium adiecit.

Postremus labor, variè diuisus; iam Cæsi agminis manes, ad Elysium vsque pratum consequitur: vbi suos illi proauos venerati, edocentur, ad quas pœnas Tyrannus reseruetur; Simul ijsdem alia aliorum supplicia monstrantur: Iam deinde Iosephum ad

Aegy-

Aegyptios elapsum. ibique cum Puero, & Virgine exulantem comitatur: tum nouissimè Herodis agritudine, furore, funere, immoratur. Faue, Lector, vel huic labori nostro, vel certè argumento. Romæ Kal. Ian. MDCXXXV.



IOSEPHO
MAGNÆ. VIRGINIS
CASTISSIMO. SPONSO
INNOCENTISSIMI
INFANTIS
ET. MAGNI. EXSVLIS
FIDISSIMO. COMITI
NVTRITIO
TVTORI
HOC. PRIMVM
DE. INNOCENTIBVS
VOLVMEN
SACRVM. ET. DICATVM
ESTO





HERODIADOS

LIBER PRIMVS.

BElla Palæstinas ferro ſcrutantia cunas,
Maternique ſinus vlulata biennia, cantu
Promere Muſa iubet. Quanquam illacrabile planctu,
Tempus eget, mutæq; rigent ſine pectine chordę:
Turbida dum bimo rorantes ſanguine mater
Tractat adhuc bullas; & hiantes vulnere ſonti
Inſontes iugulos oculis humentibus vrget:
Stagnantemq; amnis rubrum inter lacteus amnẽ
Cognato torrente fluit: Cælique ſolique
Omnia confuſo turbantur gaudia luctu:
Sed ne lenta chelyn properantẽ plectra morentur,
Incipiam. Rerum tu bimula turba tuarum
Ipſa mihi ſeriem; &, quem quiſq; peremerit hoſtis,
Et, quo quemque modo (nec enim es rerum inſcia) pande.
2. Iam nemoroſa fugam ternos per deuia Reges
Moliri, aligeri ſpecies obiecta miniſtri
Iuſſerat. Illi alacres (poſt quàm portata refuſo
Expromſere ſinu Nabatheæ pondera gazæ,
Et glebas, Pactole, tuas poſuere tenellos
Numinis ante pedes) atra de nocte profecti,
Per monſtrata viæ properant diuortia, dirum
Hoſpitij vitare larem, longaque Sabæos
Hoſtibus eluſis ambage reuiſere fines.
3. Quos vbi palmiferæ fugiſſe Tyrannus Idumæ

Senſit, & elapſo ſibi ſigna cupita repertæ.
Nulla dediſſe caſæ, ſub qua vagire Cometes
Sceptrigerum infantem præſago oſtenderit aſtro;
Exarſere faces oculis, aterque cucurrit
Torua per ora color. Quid agunt vecordia regni
Sceptra mei? Perijtne ſuis cum viribus ira,
Vt profugos impunè ſolo decedere noſtro,
Me prohibente, ſinat? Lentæ ò probra ſegnia famæ!
Quæ ſi ſigna fugæ mihi tempeſtiua tuliſſet,
Antè vias ſæpire metu, lateque globato
Milite furtiuos poteram præuertere curſus.
4. Nunc feris quid rebus agã! Fugientibus vltor
Enſe ferox inſtem! Formidatàmne ſecutus
Progeniem, latebris perſcruter in omnibus! interque
Inſcia adoratum feriam cunabula Regem!
Illud, an iſtud agam? Placet iſtud. Adeſte cruenti
Martia turba lupi, rabieque armata iuuentus:
Bethlemios vaſtate ſinus; & ab vbere raptos
Afflictate ſolo, & pedibus calcate nepotes;
Ferroque & Cunas, & adhuc rorantia lacte
Colla ferite: cadat promiſcua turba; nec enſes
Molliti lacrimis audendum ad vulnus hebeſcant;
Nec ſciat ira modum: & numero libitina triũphet.
5. Vix ea: cùm furijs agitatũ immanibus agmen
Serpere Tænarios ſigna inter Martia vidit
Terribili forma, & maculis horrentibus, angues:
Omnia picta metu: galeæque & ſcuta veneno
Plena, Meduſæis inſeſſa grauantur ab Hydris.
Nuſquam alio vidit lethæa vorago ceraſtas
Tot coijſſe loco: ſtetit ingens aula tyranni
Vipereis erecta iubis: gentemque peroſa
Ipſa Megæra ſuam, numero terrente refugit.
Sic vbi centimanus Briareus, procera tetendit
Brachia, quot palmæ, totidem ore ſtetere triſulco
Serpentes, informe genus, digitoſque per omnes
Emer-

Emerſere feri Briareia turba colubri.
Extimuit tot monſtra dies; ægreque reperta
Se ſolemque ſuum, radiumque recondidit vmbra.
6. Ante alios, tacti funeſta Gorgone currunt
Ad noua bella Duces; inq; arma pudenda ſodales,
Iuratasq; vocant ad ſigna ſequenda cohortes.
Tela ſuus dat cuiq; furor. Iamq; agmine rapto
In ſcelerũ documenta ruunt. Quacunq; feruntur,
Æoliæ reſonant fremitu indignante cauernæ,
Et naturai trepidant elementa; proculque
Et rigui ſaltus, & amæni vallibus amnes
Triſte gemunt: Gemit vſque cauis è rupibus
Echo;
Vſque querũtur aues: & in atrũ deſuper agmen
Obuia Phoebeus conuitia deſpuit ales.
Territa quin etiam præſagas oppida noctes
Ipſa habuere; ſuis dum muto murmure manes
Manibus occurſant: cæciſque vlulatus ab vmbris
Nemine conſpecto venit; & ſtridore pauendo
Vndiq; feralis volat atra per atria bubo.
7. Indicium memorant cladis iam iamq; futuræ
Præ reliquis ſenſiſſe ſenem; qui coniuge felix
Virgine, Ieſſeos antiquo à ſtemmate reges
Cognatus numerabat auos: tunc edita partu
Virgineo fidus ſeruabat pignora cuſtos.
Huic ſua tranquillus vix prima papauera ſomnus
Sparſerat, offuſa placidæ caliginis vmbra;
Cum ſpecies, humeros oculoſque verenda, cubãti
Adſtitit; & propior, Quid in hac moriture quieſcis
Nocte, ſenex, mediiſque tot inter tela viroſque
Omnia tuta putas! neque prouidus iſta moraris
Quam puero cladem, quã matri bella minentur!
Adſpice, quæ coeant gentes! ad prælia quanti
Armentur facienda greges! Cras agmine toto
In peritura ruet iuratus mænia prædo:
Iamq; ruit: mora nulla. Fuge, heu fuge, & vtere nocte

Tuque puerque tuus Pharij pete regna Canopi,
Quà per tela potes. Septemplicis ostia Nili
Portus erunt, statioq; tuis fidissima rebus.
Ipse subibo comes. Simul hæc; simul omnia circũ
Intremuere metu. Patuit non vana loquentis
Aligeri species, verique Tragœdia somni.
8. Continuo accelerare senex, omnemque sagaci
Obtutu lustrare polum. Videt, ecce, rubenti
Ac ferruginea cælum insordescere palla.
Horror inest stellis, & atroci contrahit arcu
Luna suam sine luce facem: vacuiq; per auras
Cum galeis enses, clypeique virique rotantur:
Auditurque tubæ fractus per nubila clangor.
Ipse Lycaoniæ vestigia lenta Bootes
Miratur properare feræ; dum præpete cursu
Parrhasis à monstris refugit coeuntibus Arctos.
Palluit ille etiam, Geminos qui proximus vrget
Vasta mole Gigas, & pæne cadente machæra
Nudatum patuisse latus sibi sensit Orion:
Atque (adeò stellis ni brachia fixa fuissent)
Visus erat iam iamq; humeris labentibus ambas
Ad capulum conferre manus: Quemque antè timebant:
Astra, Cleonæum videre timere Leonem.
9. Territus ostentis Senior cælestibus, inflat
Onyus excitam tenera cum prole parentem
Tollere, & impositi cunis oneratus Alumni
(Nox licet atra viam spissa caligine condat.)
Impiger ignaris peregre fugit exul amicis,
Et iussum festinat iter: dum denique longa
Emensus loca vasta fuga, felicia transit
Iugera fœcundæ, non cognitus hospes, Idumæ.
Mox Asiæ fines Libyæque ingressus, Oliuam
Attigit; excelsis insignem turribus olim,
Tunc facie squallente locum, veterisque ruinæ
Indicium, muris Vrbique superstite villa.
10. Hic aliquos dũ Virgo dies cum prole moratur:
Fella.

Feſſa fugæ ſtudio ſubijt comitante Lyciſca,
Tityrus, ille gregis moderator Tityrus albi,
Lanigeras qui nuper oues ad opima Iacobi
Paſcua, cum ſocijs tribus inconniuus agebat,
Quando per attonitas modulatis vocibus auras
Ambroſium aligeri pangebant carmen ephebi.
Ille vbi Ioſippum (foribus qui fortè ſub ipſis
Arida ligna foco, in tenuem cumulabat aceruum)
Eminus adſpexit; lacrimis exclamat obortis,
Teu video dilecte Senex? an me æmula formæ
Fallit imago tuæ? Video agnoſcoque. Sed iſtas
Quis bonus error,, ait, profugum me dixit in,,
oras,,
Finibus extorrem patrijs, opis omnis egentem,,
Terrarumq; rudẽ. Simul ibat in oſcula præceps,
Hærebatque premens: fletuque ſenile rigabat
Singultante caput. Ioſippus vt oſcula fixit
Mutua, & illacrimans æquatum miſcuit imbrem;
11. Tityre (nam ſtabuli cum nuper ad antra fere-
bas.
Omnibus eximium PVERO è lactentibus Agnũ,
Hoc, puto, nomen erat) ni pauperis, inquit, amici.
Relliquias, atræque fugis plebeia farinæ
Fragmina (in exilio nec enim niſi talia reſtant)
Gratus ades: commune, penu de paupere quic-
quid
Reſtat, habes. Iam feſſa dies Erythræa reuiſit
Æquora; & inſtantes properant à montibus vm-
bræ.
Iunge larem: & ſociã, quantum lubet, vtere villa.
Inde per informes aditu ſquallente ruinas
Ad Pueri ducit conclaue:, vbi dulcia nato
Lacteolum mater ſtillabat in ora liquorem.
Attonitus monſtro, vt ſupereſſe & viuere vidit
Quem ferro cecidiſſe timor vulgauerat; almos
Procidit ante pedes: lacrimiſq; recentibus omnem
Lauit humum; &, tandem iuuat huc veniſſe, meaq;

Magne

Magne Puer fugiſſe domo, atq; ambage moleſta
Ignotas calcaſſe vias. Tu vera tonantis
Progenies, iterumne meis concederis vlnis?
Atque iterum his oculis, atque hoc iterum ore beatas
Delibabo manus? pedibuſq; dabo oſcula ſanctis?
Iam facilis iactura mihi, patriæq; domuſq;
Omnis erit. Neq; ego rerum querar vlla mearum
Damna: ſibi totas rapiatq; habeatq; tyrannus
Ruris & vrbis opes: vno hoc infante reperto
Pauper in exilio maiores repperit Exul.
Dixit, & admotis Pueri ad veſtigia labris
Plurimus incubuit: donec ridente labello
Annuit ipſe Puer; pronumque aſſurgere iuſſit
Nuda mater humo, poſitaque recumbere menſa,
12. Hic epulas inter (quas lectæ vallibus herbæ,
Et parui dederant, agreſtia munera, fructus,
Mixtaq; gratuitis Acheloia pocula lymphis)
Ingenuo dum forte moram ſermone trahebant,
Ni pigitum, Ioſippus ait, memorare, quis error
Egerit extorrem? Nec enim huc ſine Numine credam
Te tetuliſſe pedes. Et habent ſuſpiria cauſas
Hæc tam crebra ſuas. Age, fare; Euoluere dudum
Eſt amor: Et mandata mihi fuga, neſcio cuius
Viſa fuit præſaga mali: meque Aſtra minaci
Omine complerunt. Miſerum me! Tityrus infit,
Quid memorare iubes? Mala ſiqua nouiſſima credis
Argolico vidiſſe Phryges & Pergama bello;
Sunt ea viſa mihi. Miſer his Herodia vidi
Agmina, Ego his oculis vidi arma nefāda, viroſq;
Infantumque neces, & fuſa cadauera matrum.
Ipſe fui (quid longa moror?) non vltima cladis
Portio. Nam geminos ad mœnia prima nepotes
Elato iam patre, nurus mihi pauper alebat:
Hos auus ipſe nurumq; vna prohibere parantem,

Cominus aſpexi miſerando occumbere letho.
Lethi informe genus! Sine me Ioſippe, (quid vrges?)
Hunc ſine me, ſi forte queam, cælare dolorem,
Hæret adhuc, oculiſque tenax incumbit imago,
Quà puerum arripuit, læuoque à crure Lycornus
(Barbarus Herodis dira è legione, Lycornus)
Plorantem, & paſſis manibus per inane vagantem
Diſſecuit medium, ſæuus; partemque ſiniſtra
Extulit oſtentans; partemque natante reliquit
Fœdatam ſquallere ſolo. Mox alterum adacta
Idem ille eliſit gemina inter tempora claua,
Oſſaque diſperſit tepido manantia tabo.
Infelix ſpectator ego; ſed viribus impar
Quid niſi lamentis, ſuperumq; hominumque vocarem
Non auditus opẽ? Tamen vt domus orba cruentos
Carnifices abijſſe videt, iam cæde peracta
Nil equidem ſupereſſe ratus, lare miles in illo
Quod fuerat; ſparſas puerorum triſtis humaui
Relliquias, luctuque domi ægreſcente reſedi.
13. Interea vix quarta diem ſubduxerat vmbra,
Reſcijt Herodes, Pueri ad Cunabula nati
Paſtorum veniſſe gregem: modicumq; coloſtri,
Et lactis de flore cadum, lectamq; tuliſſe
(Vos meminiſtis adhuc) natalia dona, bidentem.
Omnibus hoc immane nefas, & morte piandum.
Continuo Lycidas mecum damnantur, & Ægon,
Et Corydon; Socijs Corydon prior omnibus. Illos
Nunc ego quis caſus tulerit; quis ab hoſte propinquo
Aut locus, aut error ſeruarit, neſcio: Cædi
Memet ego eripui furtim; perq; auia circùm
Quinque adeò noctes (nec enim confidere luci
Auſus) iter vario ſiluarum errore peregi:
Donec ad has, Ioſippe DEVS DEVS appulit oras,

Fi-

Finierat lacrimans. At certæ pallidus instar
Iam dudùm Iosippus auet cognoscere totam
Excidij seriem: quamque vrbe cruentus in ipsa
Mars dederit stragem, longo iubet ordine fari.
14. Tityrus, immēsum quanquā est opus, ipsaque rerum
Copia me terret; tamen ordiar, inquit. Vt omne
Bethlemijs steterat vicinum mœnibus agmen,
Auditæque tubæ; plenosque ærata tetendit
Per campos acies, & ahena luce refulsit:
Territa conspectu peregrini militis, omnes
Obserat vrbs portas, veniensque excluditur hostis
Mœnibus; incassum: Patuerunt omnia ferro
Peruia: Non fossæ, non valla furentibus obstant,
Non validæ turres. Impacto vecte reuulsi
Laxantur postes; rimisque caduca fatiscunt
Mœnia, mox totas intrò admissura cohortes,
Dum tergum violenta premit Bellona, flagello
Obiurgans aciem, stimulosque ruentibus addit:
Hinc mihi quæ facies vrbis? Quam fulmine primo
Ruperit ira domum? Quis adactum in viscera primus
Tinxerit Astyanax lactenti sanguine telum!
Quas Libitina nurus teneris viduarit alumnis;
Tectaq; per quantus, quantusq; per æthera clamor
Extiterit! Non ora mihi simille sonoro
Eloquij torrente fluant; ego funera linguis
Omnibus vnius non exequar omnia partis.
15. Obuius in primo portarum limine vates
Vt stetit, & galeas, & scuta notauit, & hastas,
Spirantesque necem capulos; arma ocyus, arma,
Arma, viri, exclamat: date tela; capessite ferrum;
Vim prohibete manu: cunis furor iste minatur:
Ah! malè fœcundæ, pueros abscondite, matres.
Audierat STVRNVS, qui fortè propinquior ibat
Agminis infausti comes, agmine sæuior ipso,
Vibratamque ferox clamantis in ora sarissam

Vatis agit: vultu super hæc stomachante,quid,orco
Deuotum caput,arma putas infantibus vnis
Nostra nocere?Nocent Priamis capularibus æquè.
Ille cadens,atrum sacro vomit ore cruorem:
Quodque potest vnum,portis conatur in ipsis,
Ingressum obiecto tardare cadauere Martem,
16. Vix ea dum dederat primi documenta furoris
Sturnus,& vna omnes iuuenúq. virumq. manipli
Præcipites aduersa ruunt in tecta;grauesque
Pars laxare feras,foribusque impingere clausis
Annosæ properant fragmenta trabalia quercus,
Pars armis obsessa tenent angusta viarum,
Pars maior per aperta vagi,& per operta,lupi ceu
Extimulante fame,rapiuntque feruntq; trahuntq;
Omnia,matresque,gnatosq;patresque Nec ora
Flentia nutricum,nec brachia tensa morantur,
Nec sparsas sine lege comas,nec liuida planctu
Pectora,nec medias stricta [illegible]
Sæpè etiam intentos capiti cum paruulus enses
Cerneret;ignarasque offerret ad obuia palmas
Vulnera,& hostē ipsum,multa iam cæde madentē
Ore renidenti,gestuque iocante vocaret;
Barbara nec gestu potuit,neque flectere risu
Tela puer: Sed atrox tanto crudelius instat
In iugulos sæuire latro,cunasque cruentans,
Vltima decepto confundit fata cachinno.
17. Non secus, ac ventis si quando hiemantibus imber
Nigranti de nube ruit:torrentibus vndis
Vix validi montes,vix tota Ceraunia restant?
Arboreæ sternuntur opes;pinusque pyrusque
Et patulæ quercus,& vatum insignia laurus;
Præcipitesque cadente inhonoro funere cedri;
Nec sua planities Corylos,neque littora Myrto
Eximias a strage tenent,fractisque myricæ
Stripibus expirant:Dryades fleuere,suasque
Obru-

Obruta delectant nusquam virgulta Napææ.
18. Forte suas pultes,& amati gaudia lactis
Liquerat Hippolytus,pupasque ex more vocabat,
Iam satur,ad soliti dilecta crepundia ludi.
Magnus ei bullasque inter puposque togatos
Signorũ numerus. Vario omnia nomine,formaq;
Et facie.His aureo rutilantem stamine vestem;
His candente stolam de vellere mater:at illis
Purpureum subtemen acu ludente pararat.
Indidit ipse ducum Regumque ingentia cuique
Nomina. Pars armis telisque corusca;quadrigis
Pars effulta sedet,famulaque in plebe triumphat.
Pars exultat equis. Has dum vario ordine lustrat;
Hippolytus turmas,mutatque rotatq; Satelles
Alter & alter adest: pedibusque crepundia calcat
Omnia: subuersosque ducum Regumque iugales
Præcipitat. Nihil Hippolyto funestius illa
Strage fuit. Questu vocat ergo sonante parentem;
Deploratque rei magnum & miserabile paruæ
Excidium: immensam veluti calcasset opum vim
Perfidis;aut lectas Erythreo è littore gemmas
Ebrius obtereret plantis bacchantibus hospes.
Inscius interea primo in clamore feritur
Ipse caput:Rubroque genas humore colorat
Plurimus exundans hiscenti è vulnere riuus.
Nec tamen accepto queritur de vulnere: totus
Hoc agit,vt rerum turbatus clade suarum
Calcatos deploret equos;& ludicra pompæ
Reddere signa suæ voto sibi poscat inani.
Donec humi super ipse datus toto impete præceps
(Indignum!) pedibus calcatur.Ibi ora voluntas,
Dum languente manu,direpta crepundia quærit,
Conatu in medio,pupamque animamq.reliquit,
19. Contiguos Susanna lares,noua nupta, colebat,
Diuite nata domo,& non impare læta marito.
Hæc tenerum ediderat partu Solomona recenti,
Op·

Optanti Solomona viro. Stupuere parentes
Vicinæque nurus cælestibus æmula formis
Ora, duasque faces Indis adamantibus æquas.
Et voluit Susanna sibi, voluitque propinquis
Esse nimis felix tali cum prole videri,
(Hei nimis infelix; venturique inscia luctus!)
Nam vergente diem cum Sole reconderet vmbra,
Cæperat ipsa graui depressa recumbere somno;
Puniceoque effulta toro, videt inter opacas
Schemate funesto subrepere Morphea noctes,
Et miseris terrere modis. Consuerat eburnas
Nocte suo lateri genitrix apponere cunas.
Tum, specie visu horribilem, ludentibus vmbris,
Armatum positi iuxta cunabula nati
Cernit equum (frenoque feri spumantia miles
Ora domabat equi) librare volumina crurum
Altius, ac geminos oculis illidere calces,
Et morsu vexare latus; rigidisque fluenti
Cum sanie luctantem animam exturbare lupatis,
Impatiens tragici diludia ferre soporis
Mater, Equum, famuli, procul à Salomone; ferocem
Pellite, clamat, equum: Sonipes mea pignora calcat
Sic ea: cum tenues clamore fugatus in auras
Et sonipes, & somnus ijt. Tamen excita perstat
Explorare diu, Sobolesne illæsa superfit,
An verè elisos fædauerit vngula vultus,
Et sanie fusoque natent præcordia tabo?
Quin etiam admota face, nunc obit ora genasque
Luminaque agnatasque manus, nūc cetera versat:
Vix oculis demum persuasa fidelibus, illos
Noctis vt esse putet timidæ mendacia ludos.
Atque vtinam fallax ea noctis imago fuisset!
Sponte sua genitrix mendaci ignosceret vmbræ:
Tuque hodie Solomon, soboles formosa parentē,
Tuque parens Solomona tuum Susanna videres,
Nunc manifesta nimis, nimis, eheu! seria noctis
Om-

Omnia. Nam primos vbi Sole repente vapores
Senſit adeſſe dies;thalamo Solomona relicto
Matutina leuat, ſuaque inter brachia nutrix
Exceptum,patrios circumfert blanda per hortos,
Et placita flentem nequicquam mitigat oda.
Plurimus interea poſtico a limine miles
Inuolat,& ludos,quos cæperat vmbra,diurnis
Cladibus abſoluit. Ruit vna Hornuſque Paduſque
Cum Tritone Merops,ſocio cum Neſtore Cnemō.
Neſtor & Hornus eques;pedes altera turba. Late-
Exanimata petit conſpecto milite nutrix, (bras
Et fugiens ſub denſa ſubit virgulta. Licebat
Fallere;ni fletu temere ſe proderet infans.
Sed puerum quis flere vetet? Simul ergo latentem
Indice vagitu ſenſerunt viuere prædam,
Vnum omnes Solomona petunt. Prior occupat Hornus.
Plorantem,& querula raptum à nutrice,trucidat.
Poſt allidit humi: mox quadrupedante caballo
Proterit exanimem;& cerebro calcaria turpat.
20. At parte ex alia cognatis pendulus vlnis
Geſtabatur Halys,ſpes vna parentis,& vna
Cura parentis Halys;Pario illi marmore forma
Candidior,maliſque venuſta rubentibus ora.
Et chlamys à Tyrio bis cocta nitebat aheno;
Aurea purpuream mordebat fibula veſtem;
Aureus è collo Meander,& aurea circùm
Cingula. Non alij ſpecies aut gloria maior
Omnibus è pueris. Hic nondum certa profari
Gnarus,ab inuito trudebat verba palato.
Ceterum vbi blando didicit ſemel ore parentem
Blæſulus effari;iam ſe ratus eſſe diſertum,
Perpetuò matrem repetens,matremque vocabat,
Ipſa pari clamore parens iterata,viciſſim
Alternabat Halyn;quantoque Halyn altius illa,
Altius hic matrem lingua titubante ſonabat.
Haud aliter,quam vere ſolet philomela repenti,

Erudit implumẽ cum carmina ad ęmula pullum
Ipſa quidem nido fætuque magiſtra relicto
Auolat exiguum,& vicina conſidet vmbra,
Inde ſagax teneræ naſcentia murmura linguæ
Tẽperat:inq; vicẽ,ſequiturque præitq; canentem,
Et modulos formare pares docet. Ipſe laborat
Pullus adhuc impar,matrique ſine arte recantat.
Verùm ea dum captant alterna gaudia cantu
Inſidias tectis dudum ſtruit artibus anceps,
Moliturque gradum,notaq. ambage canoram
Arboris euadit non obſeruatus ad vmbram,
Deceptumque rapit medio è certamine pullum
21. Talibus inter ſe dum mater Halyſq. iocantur,
Alternantq; modis (& adhuc captæ inſcia mater
Vrbis erat) ſtetit innumero cum milite Tarchon
Ante fores,blæſæque audit certamina linguæ,
Deprenſæ non vana tenens veſtigia prædæ,
Continuò præceps effracta per oſtia,torti
ulminis inſtar,ijt : Puerumque vbi vidit amictu
urpureo fulgentem,aurique decore nitentem,
eſtitit attonitus,meditataque pæne pepercit
ringere tela manu. Poterat pulcherrimus infans
Tantus erat formæ decor)exarmare ruentes
 ſua colla manus,ferrique hebetare rigorem.
d neque muta parens;properauit & ipſa profuſo
rgenti cumulo pro prole Themilla paciſci
odiga,cùm totas homini promiſit Eoæ
ntis opes,fuluaſque vehentia flumina glebas,
aternus quid enim precij donare recuſet,
 ſobole,parcatur amor?Neque ſurdus ad auri
omen erat Tharcon. Tamen vt recruduit iræ
ma ſitis;non ille préces,non ille moratus
omiſſas crudelis opes,ferro imperat ipſe
reus,& pulchrum inuitis violentus ab vlnis
lit Halyn. Conatur Halys diuulſa reu idens
chia materno nequicquam innectere collo.
edijt Tarchon,& raptum immanis acuto

In

In silice elidit; madidamque fluente cerebro
Linquit humum. At sæuis pedibus; pulcherrimus olim,
Tum sanie deformis, Halys calcatur. Amatam
Ipse tamen matrem supremó in funere, matrem,
Quærit, & in matris voce ora nouissima condit.
22. Hinc vicina pari turbata cubilia motu,
Lamentis fremuere nouis. Ibi postuma magni
Surgebat soboles genitoris, & inscius heres
In patrias crescebat opes; cui nomen auitum
Iusserat Antinoo genitor, si viueret, indi.
Maluit extincti tamen illi a nomine nomen
Indere Sara patris, puerumque vocare Glyconem,
Nomen inane Glycon, perituraque gaudia! Norat
Iam facili risu venienti alludere matri
Ingenuus, prensæque vdis dare basia labris,
Iam voces formare rudes; gressuque labanti
Vestigare solum; iamque a nutrice teneri
Impatiens, duriore gradum tentabat abacto.
Talibus a studijs cum denique fessa labarent
Membra; soporiferos (quanquã Phaethontia cœlo
Lampas adhuc medio, Tartessia littora longè
Prospiceret) nutrix languentem portat alumnum
In thalamos. Negat ille quidem, pigramq. grabati
Desidis, elato damnat clamore, quietem.
Vincitur imperio tamen, oploransque recumbit.
23. Illi indignanti nutrix, & vana querenti
Assidet, hac illac dubias impellere cunas
Sedula, dum placida renuentem sopiat vmbra.
Narrat ei veterem modulato carmine planctum
Planctus erat. Qualis reduci Iephteia venit
Obuia virgo patri, cum nondum immania voti
Pacta, nec ambigui iurata piacula belli
Nosceret infelix. Æqualibus illa puellis
Prodierat comitata. Choros, choreasque decoro
Vnanimes duxere gradu; sertisque reuinctæ
Virgineis, aliæ quatiebant tinnula docta
Sistra

Siſtra manu;alterno reboantia tympana pulſu
Tendebant aliæ. Certabant vocibus omnes,
Veſtituque omnes;ſed ab vna Iephthide victæ
Vocibus,& ſiſtris & rebus in omnibus omnes,
Luna velut reliquis,cum plena encurrerit, aſtris
Omnibus vna præit: pallet Gynoſura,ſuumque
Gnoſis ſubmittunt Cycneaſque ſidera lumen.
Illa ſalutatum gemitus vt ſenſit in altos
Erupiſse patrem,lacrimiſque cadentibus omnem
Virgine conſpecta cæpiſse madeſcere vultum,
Continuò (quis enim tacitæ præſagia mentis
Falleret?) aduertit,malè ſe victricibus armis
Occurriſse,genaſque expalluit ægra,manuſque,
Iam totum complexa patrem,patre territa ab ipſo
Rettulit,& plauſus,amiſsa voce,repreſſit.
Attamen vt vires vocemque virago reſumpſit,
Votaque cognouit pacti iurata paterni,
Nil metuens mortis,modicas a patre popoſcit
In ſiluis agitare moras,leſsoque bimeſtri
Deplorare citæ ventura ſilentia Parcæ.
Audijt orantem genitor. Fugit ipſa coæuo
[C]uncta choro,& lucos nemorumque vmbroſa per-
errans,
[G]audia virgineo confundit inania planctu,
[I]llius auditam repetunt caua marmora vocem,
[E]t gemitũ,& planctũ,gemitu planctuq. ſequuntur
[C]armina nulli alij tam triſtia fuerat Echo
[R]eddere: Getulos mouiſsent illa leones,
[E]t varias tigres,& inhoſpita luſtra; Sed vnum
[N]on mouere patrem,Pacti memor ille ſeueri,
[P]erſtat adhuc ſæuus,numeratque bimeſtria ductos
[P]er lamenta dies,atque omnes imputat horas.
[Al]tera cum plenæ coijſsent denique Lunæ
[C]ornua,feralem à genitore citatur ad aram
[Ie]phthis. Adeſt;poſitoq. metu ſtetit hoſtia:& vltro
[Po]ſtquam terna fero libauerat oſcula Patri,
[Su]premumque vale,ſociæ moritura coronæ

Di-

xerat, alta oculis postremo ad sidera versis,
Candida vibratæ subiecit colla securi,
24. Talia ploranti caneret cum multa Glyconi,
Quò sopiret, anus; dirupta per ostia Blennum
Hoplomachumque videt districto accurrere ferro,
Sanguine respersos. Cunis procul illa relictis
In lacrimas effusa fugit; gladijsque clientem
Immemor exponit crudelibus. ipse trahebat
Iam tenues rhonchos ignarus, & omnia circùm
Fida ratus. Læti furijs agitantibus hostes
In puerum ambo ruunt: pectus ferit alter; at alter
Per iugulũ, atque omnem per cunas exigit ensem,
Ipse graues oculos vana spe tollere nixus
Deficit; & claudens repetito lumina somno
Excipit illapsam per hiantia vulnera mortem.
25. Grassari iam tela parens (intenta quasillis,
Dum famulas penso exercet Tharbita d urno)
Sensit; & excusso properat succurrere fuso,
Per vacuos turbata lares: Sed sanguine viso
Iam cunas per, & vda natante cubilia; tollit
Territa clamorem, quantum furiata Mimallon
Cùm stimulante ruit Trieterica ad Orgia Baccho.
Et laceras fodit vngue genas; & pectora pugno
Indignante ferit: sparsoque timenda capillo
Nunc procumbit humi, nunc incunabula prẽsans
Relliquias animæ perfosso in corpore quærit.
26. Dein sobolem Faustina suã, dein altera quæri
Sensit Hibisca suam. Vicinis vtraque tectis
Concordes coluere fidem; communibus ambæ
Antè bonis lætæ, nunc tristes tristibus ambæ.
Illa, prior, subeunte fugam prædone parabat
In sublime domus; vbi pignora turribus alt.s
Abderet, à ferro scrutantum intacta latronum.
Obsedit mors ipsa viam. Nam pone secutus
Miles, vbi vidit sublimem euadere, plena
Missile de pharetra properat depromere telum;
Atq. habilem validis contendens viribus arcum,
Eijcit

:it hamati iaculum irreuocabile ferri.
ta fagitta fuit; costas per & ilia Glauci
nsijt,atq;animæ vix menstrua vincula rupit.
: puerum satis est fixisse sed exijt vltra
natrem,& lateri lethalis inhæsit arundo.
ubuere pares. Gemini mors indiga teli
fuerat:iaculum potuit commune duobus
icere,atque vna simul a..bos tollere plaga.
Hos postica pares dū figit arundo; propinquū
rea bacchata larem Bellona premebat:
cem vbi Hibisca manu trepidante trahebat
Helissum
tia,quando omnem fœdari cædibus vrbem,
næq; domus incendia senserat: am ens,
ò fugimus,mea vita!inquit. Ceruicibus instant
diq;tela tuis.Simul hæc, simul vngue recuruo
ferit, vulsosq; trahit miseranda capillos,
acrimis turbata gemit. Miratur Helissus
d subiti casus,querulæq; insana parentis
lamenta velint! Tamen aggemit ipse gemēti,
crimas vrget lacrimis;sequiturq;trahentem.
d faceret deprensa parens! Specus alta recessu
icos aderat subter secura penates,
icibus suprà,solido circum obdita topho,
unita feris: C.melia d tia quondam,
c deserta specus. Condi illuc mater Helissum
nutrice iubet; si parcere forte latebris
pos, & puero sinat exorata Sororum
arum vitale colus producere filum.
etuens, sine matre tener ne cæca recuset
a subire puer;melimela,& dulcia liba
it Hibisca; penumq.e omnē saliaribus implet
ebris malisque pyrisque & quanta nuceto
a Palæstino,Syriaque volema Damasco
perit, illa suo genitrix promittit Helisso
na,si lacrimis,hora non amplius vna,
peret, & vocis linguæque silentia præstet,

Annuit,& facilis nutrice iuuante quieuit
A clamore puer. Sed inania pacta,quid ægros
Expectare animos bona non ventura iubetis!
28.Vix iniere locum;iamque acriter ædibus instat
Latronum glomerata manus, Sipylusq; Lycusque
Assyriusq;Dymas,Tyriusq; Choræbus,& Acron,
Et Dromus,& Nomius.Non tanta furentibus ira
Tigribus,à pastu nemorum siquando reuersæ
Inueniunt catulis spelæa tepentia raptis.
Perrupere fores.Sed vbi vacuum omne cubile
A sexu meliore vident, rimantur opacas
Diuersi latebras, Alij ancillantia pugnis
Agmina contundunt;alij,nisi pignora monstrent
Mascula, conuersis materna in viscera contis
Ire parant Nihil illa minus perterrita(clausus
Audacem reddebat amor) genus esse virile,
Terq;quaterq;negat.Famulas testatur, & omnes
(Tres aderant)famulos. Hi fari alia omnia docti
Vt scelere impediant scelus,in mendacia iurant.
Verum ea nec Sypilo, nec adhuc fecere Choræbo
Argumenta fidem. Poterat suspecta videri
Ipsa loci facies; & furta latentia Cunæ .
Prodiderant. Moriere meo,conclamat vterque,
Tu ferro moriere meo: Si pignora desunt,
Mater adest : Summamque cutem simul ambo cruentant,
Hic,seu terror erat,seù vis inopina doloris,
Mille velut gladijs iam fixa fuisset. Hibisca
Altius inclamat. Clamantem agnouit Helissus
Continuò,& pacti puer immemor omnis, ab imis
Sedibus infelix non iussa voce reclamat.
29 Excepere sonũ Nomiusq; Dymasq; Dromusq;
Et procul intenti, quibus illa remugiat antri
E latebris Echo;loca longa indagine rursus
Omnia rimantur; dum deuenere cauernam
Denique, vbi clauso promissa silentia nutrix
Murmure nequicquam,surdo inculcabat alumno,
Sed

udibus quamuis data mulſa & mella labellis,
les nequiere tamen prohibere querelas.
re auidi deprenſa ruunt hypogæa;repertūq;
iore ſinu patuit miſerabile furtum,
la negata diu.Tunc exclamare parentes,
icrimare puer:Tunc anxia turba miniſtri
ere:tunc duplices ad ſidera tollere palmas
a ſoror: Per ego hanc animam, per ego om-
a,veſtras
inhibete manus.Nihil eſt à fratre timendum.
ruitis?puer eſt. Pueri miſereſcite,ſiquis
ıs adhuc.Toto locus illo in corpore nullus,
n feritatis,erit: per id hæc ego ſidera teſtor.
ſitque pedes, genibuſque Camilla duorum
icu t nudos,cædi obluctata,lacertos.
Mouerat hac facie Nomiumq; Camilla Dro-
umque
ı lacrimis inerant violenta potentibus arma)
ſtabat ei Sipyluſque Lycuſque Dymaſque
andus adhuc.Sed enim fruſtrata,querelis
ſuis cautes, atque Acroceraunia flectat
nora,quam tectas humano ſchemate tigres.
Dymas puerum implexis auellit ab vlnis,
aturus humi;Niſi colla præoccupet infans,
ificemq; manu ſuſpenſus vtraque moretur.
ıda paraſſe putes crudelibus oſcula malis)
edijt ferrum pia ſarcina: & arcta tenaci
icare Dymas à pondere colla laborat:
rebrare Lycus poſtico vulnere pendens
naſſet onus:pueri qui terga veruto
ılit,auerſa dum mucro in parte quieuit.
tur exanimis,manibus non ſponte ſolutis,
e pauimento querula ora ſupinat Heluſſus.
nde alios alioſque alij per compita cædunt,
ors quēq;dedit.Manuelē obtruncat Hylactor,
cium Pyrrhus, Narc ſſum barbatus Æglon,
Ienelac Colax,& te Meleagre Coniſcus,

Hunc manum pugnis, illis calcibus illum:
Mox Salmona Milo, mox Cyrum Phorbus, Amyntor
Timotheum, Babylam Ptolomæus; Himilco Telonem,
Theronemq; Gyas. Theronq; Telonq; gemelli
Omnia tam similes, vt nutrix sæpe negaret
Esse duos, vnus cum posset vterque videri.
Ipsa diu perplexa parens, vtrumlibet horum
Aspiceret, alter dubitabat is esset, an alter.
Vnus vtrique dies natalis, & vnus vtrique
Vltimus; vna oris species, formæq; venustas
Vna erat, & tumulus nunc demum est vnus vtriq;
Ite pares animæ, concordibus ite choreis
Elysiæ per amœna plagæ: Neq; vestra seorsim
Gaudia partitis diuisi carpite votis;
Sed, velut occasu potuit sors aspera fratres
Vnanimi sociare duos; ita lætior ambos
Longa iuuet sociæ solatia iungere palmæ. (su
32 Hos sequitur nõ parua cohors, quos diuite cē-
Natales aluere domus; Cordusq; Thousq;
Et Lamus, & Memnon; Mariæ Lamus vnica, Memnon
Vnica Iudithiæ soboles: & Acanthus, & Argus;
Ille Melanthusæ generosa propago; Milonis
Iste nepos Tyrio toga cui prætexta rubebat
Murice; mox proprio, puer ah miserãde, (quid ostri
Delectat sanies aliena?) cruore rubebas.
Post Samus, & Marnas, Calatisq; Bathonq; Learchi
Progenies. Et erant horum mihi cognita dudum
Nomina, quod patrias consueram creber ad ædes
Aut fæta portare agnum de matre cadentem,
Aut agere errantes desertum in ouile bidentes.
Quid reliquos memorem? Varium sine nomine vulgus,
Plebeiæq; domus misera indefletaque pubes
Sternitur, & longis animas cruciatibus efflat.

33.His

His cæſim impacta finduntur bina dolabra
npora,partitiq; natant in ſanguine vultus.
ſuper incuſſæ capita eliſere bipennes,
:erebro ſparſere ſolum.His nodoſa cecidit
ua genas.Humeros his miles acinace curuo
tulit.Hos iactis alij petiere ſagittis;
s alij ſaxis;alij feruent bus vndis,
ue alij flammis. Cauſam, cur ſæuiat,vnam
es habet,ſed mille modos. Terebrantur acuto
ontes mucrone gulæ. Pars rupta;iocante
s diſtracta manu; pars ſuffocata morantes
pirant animas. Quantum eheu,pota cruorem
uſit humus; quando ſitientibus vbera natis
neſtæ rapuere manus? illoſque reductæ
utibus,aut duris fædè alliſere columnis?
t patrio afflixere ſolo, aut egere feneſtris
ecipites,aut infixa fodere ſariſſa?
l non ſola ſibi puerorum turba ſupremum,
um habuere diem:matres cum prole,patreſque
cubuere ſua,cæſæ cum fratre ſorores;
m domino vernæ; dum pro ſe quiſque nocētes
nantur gladios,mortemque auertere paſſis
inibus,aut nudis ruere in ſua vulnera palmis.
m crudelis amor cognato in pectore ſæuit.
. Repperit alituum veluti ſiquando tepentes
ta colubra lares, capitque afflare veneno
riam,dum mater abeſt ad pabula, gentem;
lefenſa cadunt pullorum corpora, nidoque
plumes moriuntur aues: Tacet orba perempta
ole domus. Sed vbi paſtu ſatiata reuiſit
iter ad arboreos nido ſquallente penates,
rrita vipereo videt intabeſcere morſu
imantes animas: & vitæ oblita,necatis
:ubat,ac matrem parat omnē impendere pullis.
le ter infixo præcordia plumea roſtro
n ignaua ferit;fuſique liquore cruoris
igat extinctos. Sed tu,niſi fabula fallit,

Matribus his longè moreris felicior ales:
Quando tui, medio pullorum è funere, pulli
Ilicet incolumes, genitrice cadente, resurgunt.
Hic genitrix cū prole cadit: cadit, atque suorum
Funera natorum materno funere firmat. (sten,
35. Talē ego adhuc videor, Iosippe, videre Lyca
Vt trepidans fugiat; ferroque sequente, biennem
Phædimon amplexu, non dimissura recondat.
Cui l cet hinc atq; hinc latrones ense minentur;
Omnes illa tamen latronum despicit enses;
Seq; diem Soboli infelix superesse per vnum
Fæmina velle negat. Voti potiere, Satelles,
Huius, ait: Simūl obnitenti, & multa precanti
In latus hasta subit: nec cæsa in mare quiescens
Exijt in prolem; cognataq; funera iunxit;
36. Altera deinde suo cecidit cū Nestore Martha,
Martha nurus inter forma præstantior omnes;
Proxima dein(quamuis illi iam trimulus ibat)
Cum Samuele suo Iustina; recentibus aucta
Diuitijs nuper, sed non fruitura receptis.
Tu quoq; delicium, *Sambson*, breue matris Himellæ,
Matris in ore cadis. Nondum tu robur auiti
Sanguinis, & nondum Sambsonia brachia noras,
Ille quibus Syrios audax terrere leones,
Atque Palæstinas, mauortia pectora, turmas
Exiguo potuit maxillæ fundere frusto.
Aut quibus, alter Atlas, humeris ingētibus ambas
Portarum potuit facto rapere impete valuas,
Aut stabiles vtraque manu quassare columnas,
Tectaq; in vltricem trahere indignata ruinam.
Nunc solum Sambsonis erat tibi nomen, & vno
Militis imbelli Sambson prosterneris ictu.
37. Audijt extremo murorum abstrusa recessu
Intestam miseris misceri cædibus vrbem
Cordula, Thobiæ nurus: & quæsiuit in arctis
Prouida rebus opem: Nec suffectura parandis
De-

uit hora dolis, cum nondum proxima circùm
eret bello vicinia. Paruulus illi
ibus in magnis jam tum ludebat Helorus,
tus arundineos ſtabulis nutrire caballos,
enui mannos in gyrum flectere freno,
icco bijuges agitare in puluere currus.
geniem ſed vbi iugulari fama virilem
tulit, immuneſq; exire à clade puellas,
ſucceſſuros pro nato repperit aſtus
eniofa parens; in Heloram vertit Helorum:
niaque extemplo ludi puerilis ademit
dia; abegit equos, &, ſtirpis ſigna virilis
qua forent, pictas vſſit fornace quadrigas.
e puellari puerum circundat amictu,
nponitq; ſinus, & tracto ſyrmata limbo.
nè ſubire iubet. Neque ſola in veſte laborat:
lere; ſed plexis præuelat tempora ſertis,
nmeaq; à niuea ceruice monilia nectit,
ligitis Beryllon, & auribus addit vtriſque
ıc atq; hinc viridi lucentes igne Smaragdos.
turam factura libens, ſi ſola monili
lla velit, placitiſque caput nudare lapillis
les, & à viua locuples diſcedere præda.
Iamq; puer poterat germana puella videri;
ſq; erat hac facie ſcrutantem eludere Parcam,
, miſerè euentu ſpes eludenda caduco!
m quadrima ſoror, verſæ miracula formæ
puero vt vidit, pallamque agnouit, & auri
namenta ſui: luctu indignante, querelas
pit, & effuſo turbauit lumina fletu,
tremq; admiſſi, rerum arguit inſcia, furti,
aſſum miſcente preces & præmia matre.
nta etiam teneris odia exercemus in annis,
lia cum plorans perſtaret multa, citatus
nique Mars aderat; ſcaliſque globata tuebat
tectum ſublime phalanx, Cornuſque Taruſq;,
c gladiator Arabs, hic Mauro è littore prædo,

Carpus & Hasbytes, & ahena in casside Lampus,
Quisq;suo comitante globo. Quibus Vrsula visis,
Germanum lacrimis audax maioribus vrget;
Et reddi cycladem;capitisque reposcit ademptum
Cum bacca pendente decus. Non illud Heloro,
Sed sibi iure datum. Currus & frena teneret
Ipse sibi,& domitos agitaret,vt ante,iugales.
Cum neget ille suis me ludere posse quadrigis,
Quadrupedesque omnes vni sibi seruet;habere
Me vestes sinat ille meas;sinat,ista reseruem
Ornamenta Duas vbi Cornus adesse sorores,
Et nusquam puerum circà,& puerilia nusquam
Argumenta videt; maternum callidus astum
Explorare parat.Neq; defuit Vrsula cœptis: (bus
Hic meus,inqnit,hic est germanus;hic ille super-
Veste mea.Mea sũt hæc syrmata cycladis albæ,
Berylli meus hic,meus est nitor iste Smaragdi,
Et mundus,meus omnis hic est. Dudũ oderat istã
Cordula,per lacrimas nata:male prodita,rixam:
Sed medicina malo minor est.Nã fraude retecta
Cornus adest;vnaque Tarus,crudele renidens,
Reddet,ait,frater,redimicula gemmea,reddet,
Nulla mora est:Telumq;immenso pondere librat
In caput. Hìc vero genitrix occurrere, lethi
Consternata metu;clamansq;immanè,per hostes
Et bifidos enses ruere,& contemnere mortes,
Dum manibus clausura pijs defendat Helorum.
Antè tamen secta caput à ceruice reuulsum
Matris in expassas non spontè relabitur vlnas.
Tunc astus damnare suos incepit obortis
Cordula cũ lacrimis.Tunc & soror ipsa,perempto
Fratre,suas vestes,quas stulta poposcerat, odit.
39. Ibat adhuc calidus iugulati sanguis Helori,
Cum Socij ruerunt in tecta propinqua latrones,
Iobus vbi diues meritis, niueaque verendus
Canitie,geminos elato patre nepotes
Pantagathum Basilumque domi securus alebat;.
Bi-

ulũ vtrumq; vno dederat quos Taſſula partu,
n generis, claræq; domus, atq; vberis auri,
um alter, lento ægra trahens ſuſpiria morbo,
, properata diem niſi vis præuerteret, vltro
eſſurus erat. Ferro tamen antè recepto;
patulos animum victorem efflauit hiatus.
r adhuc cædis cognatæ neſcius, intra
ma tecta puer, plenamq; tapetibus aulam
nis oberrabat; textaſq; colore figuras
uum & pecudum, nutrice docente, legebat.
Effigies illic reliquis ex omnibus omen
ſte dabat; filo & ſubtemine pictus in aureo
tiades, dum ſacra pater, ſibi mæſta, pararet.
vallis ſuberat, viuoq; ſimillimus amnis,
ſilua frequens, mixtique leonibus vrſi.
e per aerias mons ibat in æthera nubes;
us in excelſo parebat vertice magnus
amia cum prole pater; quam faſce grauatam
oreo, triſtes ducebat iuſſus ad aras.
tima nuſquam aderat, nec turis acerra Sabæi
gua ſed vaſa Senex animata fauilla
ſte ſilens, nato circumſpectante, ferebat.
te alia, paruo lignorum è faſce paratur
a quadra pyræ: quam ſupra poplite fixo
ius, vultu non auerſante; locatur.
iuxtà tremulus, guttiſq; calentibus aram
rgit, & eneruí librat diſtricta lacerto
la pater, iuguloq; inſonti extrema minatur;
properet rupto volucer deſcendere cælo
ntius; eductum qui condere protinus enſem
gat, & innocuo genitorem parcere gnato.
iguit mox iuſſa manus, vacuoq; pependit
e, nec plagam potuit, niſi vana, minari.
, vbi laxatis Ægea per æquora velis
olat vncta ratis; ſimul ac ſe parua biremi
genti applicuit, lateriq; Echeneis adhæſit,
ta carina ſtupet: quæq; ante citatior Euro

Spumantes per aquas, nauta plaudente, volarat,
Tunc veluti aut scopulis illata morantibus hæret,
Aut illisa vadis. Miratur pigra magister
Æquora; nec, quamuis centeno remige tundat
Nerea, vel totidem suspendat carbasa, captam
Exorata sinunt sufflamina currere puppim,
Haud secus aligero super incumbente ministro
Thariadæ riguere manus, steteruntq; retento
(Iam tamen innocuo) pendentia brachia telo.
41 Hæc ibi picta suo nutrix monstrabat alumno;
Damnabatq; puer visæ portenta macheræ,
Sæpius impactis in dira tapetia pugnis.
Ah! periture puer, non hæc tibi tela timenda,
Quæ phrygia monstrantur acu depicta: Nec illis
Ita subest; ignosce. Venit, venit altera collo
Sica tuo, Chalybum rapidis sudata caminis,
Et tibi nec pugni tonitru frangenda, nec vllo
Diuertenda metu. Vagus ergo tapetibus ille
Dum vacat, & textas miratur imaginis vmbras;
Ponè Merops & Hymettus adest; qui nuper vterq;
Fugerat infami gladiator nudus arena,
Nunc in Idumæa legione tribunus vterque,
Hic, puerum vt pictis prior indulgere figuris
Sensit Hymettus, & vna Abrami ab imagine totū
Defixis pendere oculis; Ignaua videntur
Hæc Senis arma nimis, cæloq; vetante morantur:
Experiamur, ait, cælo venturus ab alto
An vibrare meos idem veter aliger enses?
Sic ait; & toruum irridens, stricto ense, iocantem
Pantagathū obtruncat; Cadit ille, & sanguine vero
Victima depictas lacrimabilis imbuit aras.
42. Tum verò clamore graui quem territa nutrix
Sustulit, accitus Senior, cùm cerneret vna
Occubuisse duos inopina clade nepotes,
Strataq; cognato manare cadauera tabo;
At tibi pro meritis istis, ait, impie, quondam
(Ni nostras tamen astra preces audire recusant);
Præ-

Præmia digna dabunt;gemina qui cæde penates:
Funestare meos,& corpora dedere letho
Ausus es insontum.Nec enim! Vix ista locutus,
Corripit exesum vetula rubigine ferrum,
Intentaq; petit præcordia militis hasta.
Illa per extremos saguli penetrauit amictus,
Ceterà per ventos & inanes exijt auras.
Nam leuis imbelli deflexit Hymettus ab ictu,
Intorsitq; suum contrà: Sed in impare telo,
Impar ira fuit: Nam fossa per ilia ferrum
Traijcit in costas,hisq; asperat vltima dictis:
I,sequere,& solare tuos,Hôc (ductor vt absit)
Inuenies,ait,ense viam. Nunc trames eunti
Peruius est: præeunt multi,multiq; sequentur:
Tu medio stipare loco. Nihil ille lacertis
Grandibus obnixus,labat; & manante verendos
Inquinat immoriens puerorum sanguine canos.
43. Nec tu pulcher Hyla,neq;tu formosior Hæme
Præteriere; pari dignandus vterque corona,
Cùm sua militibus numerabit præmia cæsis,
Et meritos plectet lento DEVS igne latrones,
Nobilis hos alto Solymææ in colle Sionis
Vna duos mater,partu non fuderat vno:
Quippe niues portarat Hylæ iã bruma secundas,
Sexta suas Hæmo renouarat messis aristas.
Prole ab vtraq;omnes erat inter Elysa propinquas
Visa nimis felix;nisi gaudia temperet omen,
Venturiq; timor: quem grandibus illa dicatis
Sæpe laborabat nequicquam auertere votis.
Nã grauida cum nuper Hylam portaret in aluo,
Audijt (horrendum!) subituras limen auitum
Lu manes aliquando feras: rabidum inde cruento
Ore lupum,Scythicis nutritum in saltibus inde
Armenia de valle tigrim, iam sanguine crudo
Sæpe saginatam;multoq; cadauere pastam.
Has vrgente fame,pauidum per ouile daturas
Horribilem visu stragem, dum matre gemellos

Inſpectante feris laniarent dentibus Agnos;
Quos laceros ſecum nox altera,& altera ſecum
Optatam catulis prædam aſportaret aduncis.
44. Hoc genitrix percuſſa metu, ſeruaret vtraque
Vt ſobolem procul omne lupi tigridiſque refugit
Nomen,& à picti trepidauit imagine monſtri,
Et nemorum ſaltus,& lucos odit,& antra,
Et iuga trita feris. Multæ illam abducere matres,
Multæ illam ſtuduere nurus;ne vana timeret
Somnia; ſed nullæ trepidantem abducere matres,
Nullæ illam potuere nurus. Perſtabat Elyſæ
Cura, timere lupos: Neque nox,niſi dira ferarum
Nouerat illuſæ ſimulacra reducere menti.
45. Ecce autẽ Solyma migrauerat vrbe ſub iſtos
Forte dies(veniam dederat Phidippus eundi,
Diues agri coniux, pecoriſque, & mercis,& auri)
Vt patrios aditura lares, iam ſæpe roganti
Fæcundos thalami genialis Elyſa labores
Demonſtraret auo.Heu! quanti mortalia caſus
Vota premũt! Patrio vix primam in limine noctẽ
Egerat infelix,cùm manè ſub ædibus inſtant
Armatum iuuenum clypeis horrentibus agmen,
Quos ductabat Arar. Duo perrupere coactas
Magna mole fores, Clytus alter,Hydaſpius alter;
Iſte laboratas,galeæ pro tegmine,portans
Tigridis exuuias; quarum latera extima curuis
Vnguibus, exertis horrebant dentibus ora.
Ille lupi de pelle caput, refluamque grauabat
Cæſariem, & pendens per terga natare ſinebat
Syrma feræ; inq;humeris vncos oſtẽderat vngues.
46. Hos ſimul ingreſſos conſpexit Elyſa,nec enſes
Nec clypeos timuit;ſed viſa Tigridis inde,
Inde lupi facie, veteris memor ominis, Hæc ſunt
Hæc mea ſunt,ſuperi defendite,clamitat,hæc ſunt
Monſtra Agnis infeſta meis. Seruate peremptos;
Prodita turba ſumus. Simul hæc;ſimul obuia totũ
Amplexatur Hylan; ſtrictiſque tenaciter vlnis.

Plorantem innoluit. Clytus hinc, & Hydaspius illinc
Viribus insistunt pariter, pariterque minantur
Euoluntque sinu. Tamen illa repugnans;& vsque,
Vsque suum defendit Hylan: dum denique nudo
Impatiens Clytus ense morantia brachia truncat.
Tunc, inuita licet, manibus tamen orba; remisit
Mater Hylan; oculisque offusa nocte sepultis
Concidit exanimis. Sed ij iam prole potiti,
Defixo rimantur Hylæ caua tempora ferro,
Calcatoque lutant latè sola trita cerebro.
Inde caput(quid sæua sibi vult ira licere!)
Suspensum super alta leuant hastilia. Needum
Forma tamen cessabat Hylæ formosa videri;
Oraque pallentem decorabant mortua mortem.
47. Aduolat interea, querula cum voce, superstes
Matris amor Hæmus qui pòst-quàm vulnera vidit
Hostili duplicata manu; truncumque cadauer
Fratris humi, & sublime caput; matrisque resecta
Brachia, respersosque sinus, super ipse peremptos
Incidit, & matrem ingeminat lacrimabile: mater
Mortuàne, an moritura taces? si viuis, ad Hæmum
Respice. Ego Hæmus, ego. Genitrix mea deseris Hæmum?
Audierat charum iam pæne emortua nomen;
Atque oblita sui, materno more parabat
Stringere complexu venientem. At brachia nusquam
Vlla, quibus tentaret; erant. Iterumque parabat,
Atque iterum nullos humeris hærere lacertos,
Et nullas superesse manus; sed denique solos
Omnibus è membris sibi sensit Elysa relictos
Semianimes oculos: hos illa reclusit ad Hæmi
Nomen; & aspecto moribunda recondidit Hæmo.
48. Tū puer & lacrimis, & formæ flore decorus,
Vos per ego has lacrimas, per ego vos: parcite fratrem.

Tol-

Tollere,ait;matremq; mihi.Sinite,omnia ſolus
Membra legam:fratris caput in ceruice reponam,
Ipſe iterum ex humeris languentia brachia nectã,
Ipſe iterum ſparſum redigam ad ſua membra cruorem,
Omnia ſolus agam. Date fratrẽ,& reddite Matrẽ
Vos mihi,vel tales:per ego precor vltima,tales
Reddite. Relliquias animæ ſpirantia ſeruant
Pectora. Verſat adhuc oculorum(cernitis?) orbes
Frater. Adhuc vitæ ſunt ſigna ſuperſtit s. Addam
Vitæ aliquid de parte meæ:date,prodigus addam.
49.Mouiſſent pia verba feras;& (ſi qua profanæ
Danda fides famæ eſt) tali nequijſſet Vlyſſes
Hæmo afferre manus, turris deiecerit alta
Aſtyanacta licet:Sed & Hæmo Colchis, & Hæmo
Parceret iratæ violentia barbara Prognæ:
Parcere latrones ſoli nequiere,latrones
Ore,animoq; tigres. Etenim crudelibus Hæmum
Enſibus obtruncat (quanquam defenderet ætas:
Quippe duos vno iam luſtro exceſſerat annos)
Ipſe cadit: veluti cum dira papauera grando
Decutit,aut verni redolentia lilia prati
Obruit incumbens Auſtris hiemantibus imber.
50.Quis memoret reliquã vicina per oppida cędẽ
Præterea? non villa fuit, non ſilua dolendæ
Cladis,& effuſi puerorum ſanguinis expers.
Prædia vaſtatis ſtant deſolata colonis,
Heredeſque & heros rura amiſere minores.
Quos ſtricto nequiere manus abſumere ferro,
Fumiferis illos vſſere vaporibus ignes,
Hauſerunt putei,cæcæ merſere charybdes,
Colliſere ſudes,rapidæ obtriuere quadrigæ,
Depreſſere pedes, & equorum præpete curſu
Ferrea calcatis ſuperobruit vngula membris.
Flebilis inſonuit tragico vicinia planctu,
Et puerum lacrimis,& fœmineo vlulatu.
Horruit ipſa dies; & atrocia funera Tellus

Atto-

Attonito complexa ſinu, dubitauit an hoſtem
Viſceribus ruptis patulo abſorberet hiatu:
An Solymam euerſis ſepeliret montibus aulam.
Ac, niſi deſpectans vetuiſſet ab æthere Numen,
Iam laxare fores hiberni carceris ibat,
Vnde ſimul Boreamq; Auſtrumq; Eurumq; Notumq;
Æqua receſſuros vltrix armaret in hoſtes,
Deiectura reas inopino turbine turres,
Aut motura loco, & nutantia tecta iacenti
Æquatura ſolo. Subitæ ſed reſtitit iræ
Prouida mens Superum; celereſq; repoſcere pęnas
Diſtulit, vt grauius puniret fulmine lento.
Hæc vbi Ioſippo memorauerat omnia, feſſus
Conticuit, lacrimis iterum ſubeuntibus, hoſpes.

Finis Libri Primi.



B. ALOYSIO
INNOCENTISSIMO. IVVENI
OLIM
E. GONZAGARVM
ILLVSTRISSIMA. FAMILIA
PRINCIPI
POST
IN. SOCIETATE. IESV
MAGNO
INNOCENTIÆ. EXEMPLO
NVNC
INTER. CÆLITES
MAGNO
INNOCENTIS
ADOLESCENTIÆ. PATRONO
HOC. SECVNDVM
DE. DD. INNOCENTIBVS
VOLVMEN
CONSECRAT. AVCTOR

HE-

HERODIADOS
LIBER SECVNDVS.



1. HEsperijs iam Phœbus equos immer-
serat vndis,
Lucebatque facem Telluri Luna mi-
norem:
Cùm sceleris cognata sui formido, Tyrannum
Instiitit Eumenidum tacitis vrgere flagellis,
Et noctem turbare metu, somnique cupitam
Sontibus insultans oculis arcere quietem.
2. Ille quidẽ vmbrarum impatiens, vt fortè iacebat
In testudineo increpitans lenta astra cubili,
Inuitansq; diem; dudum suspensus auebat
Cernere, qui facta puerorum è cæde reuersus
Æmula narraret regni cunabula, ferro
Esse excisa suo. Nam quid, Superi! inquit, inermi
In puero clypeata cohors tam sera moratur?
An moniti excessere prius, prolemq; citata
Subduxere fuga? An clausis abscedere portis
Iussa phalanx nequijt collatis viribus vrbem
Pandere, & impacto labefactare ariete muros?
An mutata fides, aurumq; rebelle tribunos
Vicit, & ære dato manus expugnata pepercit?
Quicquid id est, accuso moram. Dum talia secum
Plura crepat, lapso per stragula serica somno
Corripitur. Varijs mox tota cubilia monstris
Circumfusa videt, plenasq; timoribus vmbras.
3. Prima locum, & clausas arctè statione coronat
Sollicitudo fores. Vicinæ postibus errant
Exanimes curæ; citroq; vltroq; vagantur
Mille Minæ, & Laruæ mentito nomine mille.
Et Tremor, & Lacrimæ; mutilisq; Silẽtia linguis,

Et

Et Macies,& Pallor,& illætabile Frigus.
Vltimus effulti precioſa toralia lecti
Ambit obitq; Timor: qui ſegnia Regis inerti
Imbuit oſſa gelu; variaſq; ante ora figuras,
Quas erat ipſe metu ſolitus fabricare diurno,
Subijcit. Extabat turba Puer vnus in illa
Altior,& ſolio reſidens ſublimis eburno
Iura dabat populis,cùm fulgida clarus auito
Tempora vinciret diademate.Plurimus illi
Oris honos,ſpecieſq; oculis augusta verendis;
Sceptra quieta manu,veterum geſtamen auorum;
Oſtro facta chlamys,chlamydis ſinus oblitus auro.
Cetera erant gemmæ,viſiſue ſimilima gemmis.
4.Hunc famuli cinxere greges,rediuiua parentũ
Priſcorum ſeries, & bimula turba nepotum;
Qui plaudente choro, ſperatum quiſque ſalutant
Iſacia de ſtirpe Ducem: & Ieſſeia clamant
Sceptra illi,ac Solymi deberi inſignia regni.
At procul immitem funeſto pollice damnant
Herodem;diriſq; caput probriſq; laceſſunt
Omnibus:Hunc meritum,quem iniectis turba catenis
Ad Rhadamanteum trahat indignata tribunal.
Iamq; adeò famulis ſeſe ipſe videbat abactis
Pone trahi,& manibus poſt terga inhonora reuinctis
Agnita lactentis cadere ad veſtigia Regis.
Tùm verò excuſſit pauidum mens ægra ſoporẽ,
(Scilicet impatiens væſana Superbia ſeruæ
Conditionis erat) vigilanſque an dormiat hæret.
Sed neque dum, vigiles incuſſus deſijt artus
Exercere tremor; gelidoq; è corpore manans
Tum quoque ſudor ijt,raptique figura recurrens
Imperij,mentem lymphatam plurima turbat,
5.Segnia cùm tandem grauis inclinaſſet Orion
Sidera iamq; redux monſtraret lampade Phœbus
Exoriente diem; redeunt à ſtrage phalanges.
Be-

Bethlemia; Regemque Duces, & miles adorant,
Sanguine deformes, & adhuc à cæde madentes,
Ausurique nouas haberi nisi cuspide; factis
Iam nimium fessi stupuissent cædibus enses.
Anxius ille tamen, legionem examinat omnem
Creber, vbi Infantem, coniuratumque rebelli
Reppererint cũ Rege manum! Quæ funera gẽtis
Pygmeæ dederint! Nullum nẽ effugerit omni
De pumila legione caput; Scelerisque perempti
Eruerint totos ad fundamenta penates,
Indicium ne quà meditati criminis extet!
6. Incipit infandi caput agminis; ordineque vnus.
Omnia patrati sceleris momenta renarrat
Ductor Idumeæ princeps legionis Acarnan.
Nec veras narrasse satur mendacibus auget
Res odijs: Inuenta noui cunabula regni,
Sceptrumque, clamydemque, aurumque, & quicquid Eoi
Donarint heroes. Et addit symbola veri,
Decisas ab Athone manus, niueaque resectum
A ceruice caput; quod fixum iusserat alto
Præferri hastili, totaque à plebe videri.
(Illud Hylæ fuerat pueriq, uem nuper Elysa
Viderat infensa laniari à Tigride mater)
Hæsit Hylæ adspecto defixus in ore Tyrannus;
Atque ora, atq; oculos, quamquam caligine tectos
Iam misera, & tabo, sparsoque cruore fluentes,
Rege tamen dignos, stupuit; risitque tuendo.
Vt porro in puerum maledicta refundere, & vnũ
Sensit ad Herodis populos assurgere nomen;
Tunc animo cessere metus, viresque resumpsit
Æger, & absterso gelidi sudore pauoris,
Altior exilijs, soliumque reuersus ad aureum,
Nunc sedeo securus, ait, pulsoque rebelli,
Imperij pars nulla timet. Secedite curæ,
Pax æterna redit: Parta est victoria maior,
Quam si pugnaces Aquilæ Babylona subactis

Me-

Me duce tentassent ingentem exscindere Persis;
7. Sic fatus, scelerum primis auctoribus, aurum
Quod preciosa Tagi versarat arena: quod Hermus
Vbere progenerarat aqua, depromit; & vltro
Palladios, colli sinuosa volumina, torques,
Aemula Mæandri donaria, prodigus offert.
Nec parcit digitis Eoas indere gemmas,
Et mediam census in turbam effundit equestres.
Quin etiam, priuata diem ne gaudia condant,
Inuitam tunicis albere nitentibus vrbem,
Et positis populo laxata per atria mensis
Assyrias inferre dapes, & condita Chio
Fundere vina cado iubet: & iubet aera flammis
Missilibus lucere omnem. Stupuere volantes
Nubibus in medijs plebs non assueta dracones.
Numquam agitata ferunt Tarpeio talia cliuo
Gaudia, cum domita Libyci Carthagine Regni
Scipiadæ rediere duces: Neque sera Quirini
Posteritas, ducto Marij inter vincla Iugurtha,
Tā celebres duxit Numidarū è clade triumphos,
Necdum signa suæ ratus hæc satis esse Tyrannus
Lætitiæ; pastos vocat ad spectacula ciues,
Infestæque viris edicit Munus arenæ.
8. Extemplo caueam plebes petit infima summā,
Et populo Cunei meliore grauantur Equestres;
Editor ipse locum podio sibi captat in imo;
Hac, illac, proceres, & Martius ordo, superbum,
Densato innumeri circundant agmine Regem
Intenti, quam iussa feram venabula figant,
Fortè Remus longo iam carcere clusus atroces,
Pendere debebat, iugulata coniuge pœnas,
Vel Cruce, vel socij Serpente & Simio. At illum
Seruarat Nemesis Getulo sera Leoni.
Alter erat, quem triste nemus, scopuliq; nocentes
Infamem fecere diu. Scyronia quondam
Mitior, hospitibus quamquam omnibus improba, rupes.

Ille

Ille manu iugulare Senes; foetasque solebat
Efferus adductis violento pondere ramis
Nectere, laxatisque iterum, discerpere matres.
Ille idem pueros consuerat ab vbere raptos,
Vel torrere veru, vel stipite figere acuto:
Delicias ratus, in medijs siquando liquentes
Ignibus ambusti licuisset corporis artus,
Visceraque in lentis spectare trementia flammis.
Sed latuit sentina mali: dum denique longi
Indicium sceleris, deprensa fuere iacentum
Ossa virum, sparsæq; inhumata cadauera turbæ,
Lubricaque assidui vestigia sanguinis. Inde
Captus Eryx. Sed triste nefas, qua morte piaret
Impius æquali, nulli mors vlla placebat.
Non, Tityo si vultur edax q[ua]ndoque relicto,
Ad noua migraret latronis viscera: Non, si
Arte, Perille, tua tauro mugiret aheno
Conditus, illum æquas Rhamnusia soluere pęnas
Crediderat. Cauea tunc formidata fremebat
Hircana de valle Tigris, cui noxius vni
Componi debebat Eryx: longè impare pæna.
9. Vt sonuere tubæ, cauea ruit, ecce, iubatus
Inde Leo, quantum iuga vel Nemeæa timerent,
Hinc Tigris, à quanta & Libyci potuere Leones
Formidare sibi, duo conspicienda ferarum
Monstra, quibus rabies, & par erat ira nocendi:
Hæc Erycem petit, ille Remum: Stat vterq; lacertis
Grandibus, inque feros acuit venabula rictus;
Iste prior. Sed tela Remi minitantia Tigris
Aspernata, ferox occurrere gaudet; & omnem
In partem, hac illac nulli penetrabile ferro
Corpus agens, quacunq; Remus conuertitur instat.
Ille quidem nusquam se deserit, obuia monstro
Tela rotans; exitque vngues, morsusque petentis
Tigridis euitat: dum summo denique feri
Perstrinxit mucrone feram. Furit illa doloris
Impatiens, repetitq; hostem valido improba saltu,

Et

Et læuum complexa femur, rapit vngue cruento
Ingentem lateris diuulſo à corpore pulpam.
Ilicet oſſa patent; & hiantia vulnera multo
Sanguinis imbre pluũt. Remus ad ſpoliaria claudo
Feſtinat remeare gradu. Sed plurimus obſtat
Clamor: & ignitæ repetenda ad prælia lamnæ
Cunctantem ſubigunt. Nuſquam ſperata nocenti
Miſſio. Nec fauſti ſolatia pollicis ægrum
Expectata iuuant. Fugiente labantia ſenſu
Genua trahit, vixque ipſa manu venabula ſeruat.
10. Acrius interea, & maiori robore victor
Pugnat Eryx: multis exercita cædibus illum
Dextra iuuat: Nunc lata ferit mucrone leonis
Tergora; nunc caudæ minitantis ſyrmata vitat
Impiger; inque iubas, & colla frementia torquet
Tela frequens; refugitque celer, fugienſq; recurrit;
Et quantum ſuperat Leo vi, tantum arte leonem
Vincit Eryx. Nam forte cauam de puluere ſicco
Vt licuit replere manum, ſabulum omne refudit
Callidus; & iactam Libycæ venator arenam
Sparſit in ora feræ. Geminos caligo repente
Occupat atra ſinus oculorum, & nocte laborat
Bellua: dumque oculis inimici pulueris vmbram
Decutit, vrget Eryx toto venabula niſu
Pectus in aduerſum; pellemque Libyſsida ferro
Traijcit. Hic plauſu populi fremere omnia victam
Pars clamare feram; pars expectare, quid vltra
Victor agat? plagane Leo cadat ictus ab vna?
Interea, dum perſtat Eryx incumbere in haſtam
Fortior, atque ipſis luctatus in oſsibus hæret;
Iam perfuncta Remum fera vlcerat altera: & artus
Corporis auulſos, ſemeſaque fruſta relinquens,
Improuiſa Erycis ruit in certamina Tigris,
Ipſumque à tergo reſupinat; & omnibus vngues
Artubus infixos, ſulcata per oſſa cruentat.
Ile repentino perterritus hoſte, morantem

Inter prima feræ præcordia deserit hastam;
Alteraque instaurat cum tigride bella. Sed impar
Hic hominis congressus erat. Nam quando reuulsum
Illius est humeris rabioso dente lacertum
Sustulit Hircanus furor: ille, quod vltima vitæ
Spes docuit, deiectus humi (miserabile visu)
Tela capit, noua tela. Tigrim conuersus in ipsam
Ore ferox petit ora feræ; dentesque lacessit
Dentibus, & morsus alternis morsibus æquat.
Qualis, vbi in siluis alacer de gente Britana
Inter cæca lupum repetit spelæa Molossus,
Mutua pugna calcet. Sed Eryx iam dẽtibus impar
Succubuit tandem, & laceris spectacula clausit
Artubus, ac tigrim labente cadauere pauit.
11. Hic nouus assurgit caueæ per inania clamor.
Hos laniatus Eryx, Remus hos tenet: illa furentem
Spectat turba Tigrim, pugilum prostrata duorum
Corpora depascentem, & hiatu vindice pœnas
Sumentem scelerum: Ast alij venabula rident
Vulneri adhuc infixa, Leo quæ tracta per omnem
Saucius huc atque huc secum rapiebat arenam,
Nequicquam indignans, ferrumque reuellere quærens.
12. Munus vbi vidit populo tam triste probari,
Editor; edicit ducibus noua ludicra primis:
Quos iuuat, inquit, in hoc pharetras effundere circo,
Et iaculum adducto torquere volatile cornu,
Huc, agite; Herculeis dabitur dignanda sagittis
Meta, Leo, dabitur Metæ pars altera Tigris.
Præmia, cum Graiæ plumanti pondere cristæ
Aurea cassis, erunt; clypeique argenteus vmbo.
Dixit; & insignes ferri iubet omnibus arcus.
Dant auidi sua nomina Atlas, & iunctus Atlanti
Eurymedon; ambos æque timuere fugaces

Per-

Persarum cunei, quoties auersa volabant
Spicula. Pòst Ammon, belliqne supremus Acranā
Cōsequitur. Pharetris hi quisq; volucria promunt
Tela suis; ductoque intendunt cornua neruo;
Metamque explorant oculis: & arundine dudum
Imposita, signum sinuatis arcubus optant.
Eurymedon primus iaculo fugiente, Leonis
Crura ferit: Configit Atlas suprema iubarum.
Sensit vtrumque Leo: Sed, quo peteretur ab hoste,
Nescius, ac triplici iam dudum vulnere tardus,
Vnguibus in vacuam furit indignatus arenam.
Tertia mox arcu lentato destinat Ammon
Spicula; at eluso labuntur vulnere, præter
Colla feræ, mollemque lacessunt irrita terram.
Vltimus, adducto qu tela parauerat arcu,
Et valido neruos contenderat impetu, Acarnan,
Ilicet vt chordas dextra laxante remisit,
Missa abijt vacuas lethalis arundo per auras,
Binaque Massyli penetrauit tempora mōnstri;
Dum cerebri rimata vias, immobilis hæsit.
Concidit exanimis Leo. Fit per equestria plausus,
Victorique venit, donum spectabile, Cassis,
Et galeæ cristatus apex, qui plurimus auri
Lucentes radijs vndantibus euomit ignes.
23. Ipse sui mirator, vbi fortuna secundos
Præbuit euentus, pharetra depromit eadem
Altera leuato præfixa hastilia ferro
Exijt, atque artem tigris frustrata fefellit.
Proximus Eurymedon, & eidē proximus Ammon
Tela capit: iaculoque feram perstringit vterque;
Ille quidem obliquo maculosum vulnere tergus,
Hic oculi mucrone sinum: fixæque sagittæ
Quæque stetere loco. Poterat mutata videri
Bellua; par illi, quæ, dum fugit, vndique corpus
Circumagit septum iaculis horientibus Histrix.
Solus adhuc restabat Atlas: Qui, cedite, Tigris
Atlan-

Atlanti debetur,ait;pariterque tetendit,
Laxauitque arcum. Stridens penetrauit arundo
Tigridis in costas, medioque in viscere inhæsit;
Hoc habet,hoc,exclamat Atlas; date pręmia; Tigris
Occubuit. Sequitur populi cum murmure plausus,
Et Clypei,promissus honos,argenteus vmbo:
Vmbo laborata monstrabat imagine fratres
Terrigenas vasto deformem corpore turbam,
Expugnaturos cæli connexa gigantes,
Aeratæ facies illis,latera ære,lacertique
Aere rigent omnes:Electro crura pedesque,
Extremæque manus: Argento grandia candent
Saxa,quibus cælum,& superos pessum dare nisi;
Irrita turba:rubet vis torti fulminis auro.
Totum opus artifices Chalybum fudere camini.
Herodi donarat Arar,qui Persicus olim
Hospes ad Herodem fugiens diuerterat: illud
Denique victori Herodes donauit Atlanti.
Sic epulis impensa dies,ludisque Tyrannum
Absoluit secura metu;totoque rebelles
Ex animo infelix abolenit opinio cunas,
34. At non illa pias implebant gaudia matres
Interea,sed longa foro lamenta sonabant,
Immensusque,genis iam deficientibus,ibat
In faciem crinemque dolor;mortique superstes
Crudeli durabat adhuc Sine funere nulli
Se videre lares,nullæ sine vulnere matres.
Iamque aliæ gremio deposta cadauera condunt,
Amplexu fouent:aliæ squallentia lymphis
Ora lauant;madidasque extergunt sindone plagas
Hæc dispersa legit spatijs distantibus ossa;
Ceruicique caput,femorique reponere tentat
Truncatos miseranda pedes. Hæc brachia quærit
Infelix,humeris vt iuncta rubentibus aptet.
Illa oculis replere sinus stillantibus orbos,
Et digitis digitos adiungere,& artubus artus.

Totus ad exequias dum Matri prodeat Infans.
15. Abſtruſos genitrix etiam non vna gemebat,
Aut quærebat adhuc poſt prælia deſita gnatos,
Quos turbata metu latebris abſconderat atris
Pridie; & è latebris nullos decepta recepit.
Harum prima, ſuo puerum Mangora bimeſtrem
Vbere iam potum, & velatum ſindone Coa,
Sopitumque ſinu, viſis in limine primo
Enſibus, abdiderat vicino improuida furno,
Liba ſiligineæ fuerant vbi fortè farinæ
Cocta prius, necdum calor inde receſſerat omnis.
Ipſa tamen, ſtudio fallendi, oblita caloris,
Indiderat puerum. Vix iſtud: & ecce, truentes
Certatim à tergo, ſcelerum ſubiere miniſtri;
Inſultantque minis, & prodere pignora cogunt,
Aut pueri monſtrare locum. Negat omnia mater,
Nec ſudibus potis eſt, nec aheno verbere vinci.
Ergo indignati, pedibus calcare negantem
Inſtiterunt, pugniſque omnem contundere: donec
Mentis inops, ſenſuſque ſui procuberet impos.
Sic obijſſe rati, prædas egere latrones,
Et vacua ceſſere domo. Iacet illa, ſeqnentes
Dum Phæbi rediere faces; ibi reddita menti
Sopitos oculos vicina è morte recludit;
Abſtruſæque memor ſobolis, ſine voce recurrit
Ad furni feſtina fidem: valuiſque remotis
Repperit (horendum viſu!) deformia toſte
Oſſa cutis, Mauraſque manus, & aduſta duorum
Ima pedum, & toto nihil oris in ore relictum.
Hic hominum Superumq; fidē Mangora popoſcit
Vociferans: pectuſque manu, crineque reuelens,
Se queritur feciſſe nefas. Ego morte piandum
Crimen, ego nullis ſcelera ante inuenta nouercis
Patrani genitrix. Potui ſubducere ferro
Prolē ego, fumanti quo poſſem amburere furno.
Hic fuit, hic genitricis amor! Crudelior ipſo
Hoſte pareus. Sine matre foret, iā viueret infans,

Aut leuius certè perijsset;ab hoste necatus
Ense foret ; mater mitissima sæuijt igne.
16. Barbara non ista felicior; omnia postquam
Bimula mactari cognorat pignora,Bulbum
Fænili inclusit , stipulaque obsepsit opaca
Vndique, vix spatijs ad spiramenta relictis:
Heu malè securam tali rata in aggere prolem!
Vt digressa loco est,fæni omnis meta relapsa
In puerum;iniusto cunabula pondere pressit,
Arctauitque animæ spiracula;iterque sepultæ
Præclusit voci. Sed milite mater abacto,
Iam perfuncta sibi discrimine visa , redibat
Ad puerum; & viuis certè mihi,Bulbule(miles
Rumpatur)mihi viuis,ait.Vox nulla vocanti
Redditur. Illa iterum.Illi iterum vox nulla.Citato
Illa proinde gradu properare,suoque receptum
Tollere velle sinu. Sed spes alit irrita Matrem.
Nam puerum fæni super incumbente sepultum
Mole videt : tumuloque licet festina refosso
Erueret ,mutata tamen iam repperit ora,
Ora notis(eheu !) maculisque infecta cruentis,
Venasque exangues , glacieque rigentia membra,
Et bulbum exanimem . Visu perterrita,tollit
Cum gemitu vocē immanem : defectaque claudit
Semineces oculos , & humi collapsa,volentem
Expirante parens animam cum prole relinquit
17. Cantior hac (neque cauta tamen satis ipsa) videri
Cælando potuit puero in Tritone , Sabella.
Cui propere (vt clausa patientē absconderet arca,
Neu vigilem instanti vagitus proderet hosti)
Mella soporifero miscebat Hymettia succo :
Hoc oculis somnum; linguæque silentia,mulso
Persuasura parens . Dryope miscere Sabellam
Hunc docuit cum melle dolum.Sed vtraque fefellit
Euentu fugiente latex. Nam sopijt vmbra

Ille quidem tanta, quantam durare Sabella
Noluit, æterna Tritonem sopiit vmbra.
Quippe parens errante manu dum forte liquorem
Destinat innocuum, mixtis aconita cicutis
Corripit infelix, virusque propinat alumno.
Ergo suas artes seseque Sabella querelis
Increpat, & nulla sæuam minus esse nouerca
Vociferatur: in hanc reduces noua tela parentem
Sumite latrones; hanc telis figite matrem;
Si tamen & matrem, quæ mella armare veneno
Institui, prolemque amens hac arte peremi.
18. Talibus a lacrimis dũ circum plurima feruent
Tecta, laresque, viæque nigro subit agmẽ amictu
Funebre, multa gemens, & fæmineo vlulatu
Aurasque plateasque replens. Effertur Arisbæ
Heroa de stirpe Paris: quem nuper Agylla
Floribus à vernis, Violamque, suamque vocabat
Plus nimio blandita, Rosam: Nam quicquid Acanthus,
Et Narcissus erat, Paris hoc erat vnus Agyllæ.
Tunc, eheu, non ille Paris; Languebat in alto
Exanimis puluino: vbi pallidus ora genasque
Mutatusque color: nulla illi purpura; nullus
In candore rubor, nisi quem fecere ruborem
Vulnera. Pectus hiat, iugulumq; cruenta solutũ
Plaga notat; gladij monstrat vestigia ceruix,
Traiectumque latus. Tantillo in corpore tantis
Vulneribus deerat spatium: vix vllius vlla
Per tantas fugiens anima est elapsa fenestras.
Instita de feretro pendebat Serica. Iuxtà
Mærebant priscæ fumosa insignia gentis,
Et series visenda domus, & Martia belli
Gloria, dignatæque toris regalibus vmbræ.
Opplorabat anus modulato præfica lesso,
Inuidiamque tribus motura sororibus, vnum
Vnius instabat Pueri exprobrare cadauer:
19. Orba sequebatur lacrimabile funus Agylla

Mater,& imbelli quamquam circumdata sexu
Plangere non poterat liuentia pectora,crinesque
Irata vexare manu(nam turba vetabat
Mollior) orsa tamen magnis vlulatibus vrbem
Excijt; &,matri sua reddite gaudia,matri:
Quo rapitis; gremio debentur pignora nostro;
Nos illi cognata domus. Sinite,oscula charis
Vltima ferre genis, date dulcia lumina matri;
Effugientis adhuc animæ vestigia quæram:
Restat adhuc fortasse calor:date,persequar omnes
Reliquas vitæ,gremioque repente fouebo;
Aut saltē properate minus:per ego vltima matris
Vota (vel hic matris venerabile ducite nomen)
Lentius ite,precor. Quid enim festina citatis
Funera? vel segnes etiam,properare putabo.
Alloquar ante meū,breuis est mora: Sentiet ille,
Vel media de morte,sc o:neque mutua matri
Reddere verba suæ soboles abitura negabit.
Denique,si proli sacrum exequiale paratis,
Nos erimus tumulus;gremio condatur in isto;
Nusquā illi melior,nusquam altera charior vrna;
Aut aliò si mens Paridem tumulare sepulchro,
Iungite me proli,& cum pignore condite matrē;
Sic effata:Simul defectis sensibus amens
Præcipitatur humi,famulæ simul vndique certant
Pars,dominam releuare sinu, pars brachia fulcris
Excipere,aut labris medicatos indere succos,
Inuitamque ægro retinere in corpore vitam.
20. At Paris interea feretro sublimis in alto
Venerat ad nemoris caua Mausolea paterni;
Lucus vbi multam viridi quincunce cupressum
Continuans,horrente locum circumsidet vmbra;
Interior quadro Numidarum marmorea surgit
Pyramis,& cælo turrita cacumina tollit.
Subter anhelat humus cæcis laqueata cauernis,
Obscuræ cinerum cameræ,vmbrarumq; penates.
Inde ferunt mersos alta caligine manes

Per vacuum cursare nemus; tenuique fauilla
Conspicuos, pauidis occurrere sæpe colonis;
Et tacitos gemitus, raucosque ciere susurros.
21. Hoc Paridem posuere specu: cumque vbere summum
Ploratu dixere Vale: tumulumque grauarunt
Barbaricis opibus. Iuxtà abiecere nitentem
Staminis aurati chlamydem, mirandaque Serum
Texta, & Puniceo preciosas murice pallas,
Gestarat quas antè puer. Tum turba Sabæo
Ture locum, & pleno sparsere cadauer amomo,
Pallentique croco, Spicæque vapore Cilissæ.
Numquam alia Assyrijs fragrarat odoribus vrna
Largius. Optabat (veniam si terra dedisset)
Vnius in pueri tumulum se effundere tota
Hesperij nemoris, Siculæque opulentia Floræ.
Nunc istud natura loco concessit, vt vda
Pyramis assiduè cælesti rore maderet,
Hasque sibi lacrimas deposceret vrna perennes.
Tu verò his hodie, puer ò pulcherrime, nostris
Sponte rosis violisque cares: pedibusque beatis
Elysij meliora teris violaria campi;
Spirantesque rosas, & candida lilia, solus
Omnibus ipse rosis violisque venustior, ambis.
22. Inferijs ita rite datis, dum pompa recedit
Funebris; occurrunt alijs à partibus æquo
Cum gemitu non vna cohors; certantque refossis
Quæque suos mæstæ cineres inferre sepulchris.
Hac Halys, hac effertur Atys. Portatur Helorus
Hexaphoro, modicumque extra pomeria cippum
Nactus, ab assuetis discit diuertere cunis.
Proximus huic, Menelae, iaces, huic proximus Arge,
Aggere quisque suo; neutri decus abfuit vrnæ;
Quæ patrias absumpsit opes; haustumque patētes
Vnguen odoriferum non parca refudit in auras
Pars, quorum plebeia domus, tenuisque parentum
Cen-

Cenſus erat, buſto plures tumulantur eodem,
Concordes animæ, ſociaque,teguntur arena
Pars opulenta locum patrij intra limina tecti
Accipiunt,notoſque lares poſt funera ſeruant.
Exequijs protracta dies, lugubribus,vrbi
Aeterno peperit memorandos omine faſtos.
23. Interea fugiente die, proceſſerat vmbra
Altera, cùm pulſus modò per diludia terror
Ad pauidi rediuiuus adeſt penetralia Regis,
Herodemque petit. Rurſum illa minantia plebis
Agmina,rurſum Aquilas,Regnique inſignia rapta
Monſtrat,& impoſitum puero diadema rebelli.
Tertia nox eadem, atq;eadem illi quarta reducit
Spectra quies: nullus pueri ſine imagine ſomnus.
Ergonè viuat adhuc,& adhuc,ait,imperet infans?
Exieritque meos arcanis artibus enſes
Improbus? & tanta cæſorum è clade ſuperſit?
Exierit. Scrutabor adhuc:ſiue intima terræ
Viſcera, ſiue vteri natale regreſſus in antrum
Fugerit;è matris gremio,terræque receſſu
Protinus effodiam. Caput hoc,faſceſque retentos
Deiero: non fallam periuro carmine cælum.
Dixerat. Attonitæ procul,intentæque morantur
Excubiæ domini, quem deſtinet ira nocentem,
Cui iubeat portare necem. Ceu,quando vagatus
Saltibus Idæis Leo, circumfuſa tuetur
Pinguia terga boum; rabido fremit obuius ore,
Exultatque iubis, atque horridus exerit vngues
Expectant pauidæ, muto paſtore,iuuencæ
Quam rabies animam, quos depaſtura ſit armos.
24. Talibus Herodes dum curis angitur, & quem
Omnibus ex pueris vicina nutriat hoſtem,
Ambiguus varia cum ſuſpicione volutat:
Trimulus ingreditur, famulo ductante,Polites,
Sera patris ſoboles, natuque nouiſſimus heres.
Sueuerat ille ſeni, formoſus,hiante labello
Oſcula ferre patri,dictoque recedere, Salue;

Tunc facturus idem. Neque rex,qu amquam ante
steti ffet
Torua tuens,potuit venienti occurrere toruus,]
Sed mulcere manu,vultuque fauere sereno
Cœpit;& agnato se patrem in sanguine sensit.
Excidit ira prior,noctisque metusque recentis
Immemor,in pueri didicit mansuescere vultu.
25. Vtque data infanti est abeundi copia; vidit
Purpuream à tergo chlamydem,lymbosq. rigenti
Conspicuos auro; & flamam diademate cingi
Cæsariem,ac plenis pendere monilia baccis.
Nec deerat manibus sceptri gestamen eburni,
Quod dederat nuper,puerilia ludicra,nutrix
Vidit & aspecta commotus imagine,secum
Continuò (nouus Eumenidum furor intus agebat
Continuò) satis est;nec inani ludimur vmbra,
Deprensus puer est:patuere ænigmata noctis:
Monstrarunt toties quem sera crepuscula, Gnatus.
Is meus est. Misero quid patri denique restat?
Ah,meus est:agnosco manus,clamidemq; rubenti
Murice fulgentem: Simili ille refulsit in ostro;
Ille comam similem,sceptra ille simillima gessit.
Pro Superi; Men ergo meus diademate sanguis.
Exuet? & patriæ puer insidiabitur aulæ?
Quid monstri fortuna paras?Ego nescius,extra
Plebeios vastare lares,suspectaque cœpi
Formidare domus alienæ limina : Regni
Cognatis fuerat quærendus in ædibus hostis,
Ipse mihi insidias genui pater ; ipse cauebo
Qui genui : Proles absoluet victima patrem .
Non Chalybum si mille iugis vallata,resistat;
Aut Solymis teneat mediam in penetralibus arã,
Vitabit moritura patrem. Sic fatus Achillam
(Infelicis erat pueri moderator Achillas)
Aduocat;ignarum sceleris . Iubet ire,suaque
Maturare manu morituri fata Politæ. (tum
Restitit ille tamen. Quod enim hæc admittere tã-
In.

In Regem potuit patremque ætatula crimen?
Parce iubere nefas. Tuus eſt:& corpore in illo
Eſt animæ pars magna tuæ;veniamque tenella
A patre progenies (fac eam peccaſſe) meretur.
Audijt hæc,paullumque hæſit.Mox ire negantem
Cogit abire tamen. Sed euntem vt denique vidit,
Mitior,ire vetat. Rurſum vt ſubſiſtere vidit,
Rurſus abire iubet;rurſumque moratur euntem.
26. Qualis in Odryſio pinus Rhodopeia nutat
Fixa iugo;dubij quoties contraria venti
Bella gerunt,vnaque Eurus Boreaſque ſonoro
Agmine confligunt;dubitantque cacumina ſiluæ,
Cui domino parere velint. Huc pinus & illuc
Diſſidio raptata cadit; modo vertice læuam
Prona flagellat humum; & modò dextrum flexa recumbit
In latus,inconſtans,& ab ima ſtirpe vacillat.
Sic varius nutat dubia ratione tyrannus.
Et,quid enim male ſanus ago?Iugulabitur Infans?
Et puer,& meus eſt. Titulus ſeruare Politen
Alteruter,vel vterque iubet. Defendere neuter
Imo iubet. Docuit iam,poſſe occumbere ferro
Et pueros,& poſſe meos.Quamquã ergo Polites
Et puer,& meus eſt,titulo damnatur vtroque.
At nondum ille nocens; Ideo cedatur,vt ipſum
Ne videam cæſo fieri in genitore nocentem.
Nondũ anni nocuiſſe ſinunt; ſcelus impedit ætas!
Iam nocuit quicunque poteſt aliquando nocere.
Aude aliquid genitor;tuque irreuocatus,Achilla,
I propera,atque abſolue patrem. Simulauit atroci
Imperio parere Senex,facinuſque cruenta
Velle patrare manu: Sed clam,ferale Tyranni
Ingenium mollire parans;prenſanda Politen
Callidus ad patris placandi genua reducit,
Barbara ſi tenera titubans præcordia lingua
Mitiget,ac riſu properantia fata retardet.
27. Ingreſsũ,& palmas (ita ductor iuſſerat) in bas

Tendentem, dominumque iterum patremque, vocantem
Non tulit Herodes: cædisque oblitus & iræ,
Protinus in gremium, passasque recepit in vlnas.
Sicut vbi Phrygius palmis arctarat auitis
Astyanacta senex; animo vanescere sensit
Mille rates Danaum: nullæ obstrepuere phalanges
Moenibus, & nusquam ferus occursabat Achilles:
Omnis in aspecto requierat cura nepote.
18. Vt tamen in chlamydem pater ora subinde retorsit,
Rursus ei Furiæ, Regnique pericula totum
Eiecere patrem: Redeunt meditata nocendi
Consilia; & laqueum gestata monilia præbent.
Ergo manum iugulo lactenti accommodat ipse;
Iniectamque iterum perterritus ipse remouit:
Idque iterum, atque iterum: donec capto impectè victor
Hic, ait, audendum est: ignauia lenta quid hæres:
Viuæ manũ. Simul hæc, simul ipsa monilia collo
Implicat insonti, iuguloque adstricta coarctat.
19. Principio ridere puer, neque seria cædis
Signa putare suæ: sed vbi angustata coiuit
Fascia, & exclusit vitales faucibus auras,
Tum pedibus trepidare miser, clausumq; negatæ
Quærere vocis iter; tum colli vincula vana
Extricare manu, tristique resistere nodo.
Vtque nihil valuere manus, elanguit oris
Cum candore rubor; tumuerunt sanguine venæ
Et liuente genas subijt caligine nigror,
Perque oculos auresque cruor, naresque cucurrit.
Nec tamen incepti pudor impia pectora mouit.
Durat adhuc, pergitque animæ præcludere sæuus
Spiramenta pater; faucesque potentius arctat.
Donec in imiti complexu, trimula fecit
Vi sibi vita viam, elisoque è corpore cessit.
Omni-

Omnibus extemplo fugit calor artubus omnis,
Succeſſitque gelu. Iacuit pulcherrima ceruix;
Marmoreæ cecidere manus; hæſere lacerti,
Diriguere pedes: oculis extincta duobus.
Gemma duplex: ſquallor capitis turbauit honoram
Cæſariem; & nuſquã agnouit ſua forma Politen.
Vt ſi Trinacrijs vagus hoſpes oberret in aruis,
Florida regna terens; greſſu temerante decorum
Interimat florem; violamq; thymumq; roſamque,
Et calcata premat neglecto lilia paſſu:
Nobile germen obit; ſparſoq; beata grauatur
Forma luto, & nulli iacet agnoſcenda colono.
30. At Regina, mali quamuis ignara, requirit
Amiſſam ſobolem, vacuamq; vagata per aulam,
Omnibus in famulis orba ancilliſque moratur.
Triſtè ſilent omnes, ſilet ipſe rogatus Achillas,
Et cauet infauſti procedere funeris index.
Iam caligo diem tenebris obduxerat atris,
Cum lacrimas curaſque parens defeſſa remiſit
Denique, &, in ſomnum non ſponte ſoluta, quieuit.
Hic oculis vixdum coeuntibus, ecce repertum
Vidit adeſſe, ſuum nota cum veſte Politen;
Non roſeis vtrinque genis; velut antè, rubentem,
Nec riſu facilem; ſed opertum ſanguine multo,
Et facie ſquallentem; & vix à matre videndum.
Cui prior ipſa: Redis tandem, ò mea maxima, dixit,
Cura redis? Ecquis peregrino ſchemate mutat
Ora decora color? Simul amplexura Politen,
Eluſo tenuem complexu fertur in vmbram.
Terque ſinu inuitat genitrix; ter ſenſit inanem
Eſſe ſinum. Quò ſemper abijs, ait, vnice? matrem
Nate cupite vides. Rurſum vtraq; brachia tendit:
Vtraque ſed rurſum complexu brachia vano
Luſa videt. Tandem ipſe, Parens, ait, oſcula nato

Sera paras: vacuum prensas sine corpore formam,
Et manes à morte meos. Iam nulla caducæ
Gaudia me vitæ, nec spes solantur inanes:
Et sceptri puerile mei gestamen, & auro
Intertexta tuo sordet mihi purpura. Pro me
Desine mortales, mater mea, desine curas.
Ne longum crucicre tamen, multa accipe, paucis;
Quæ potius nescire voles. Non barbara rictu
Me fera, nec casu rapuit fortuna sinistro:
Sed pater ipse manus violentas attulit; ipse
Nexu t insonti baccata monilia collo,
Et fauces laqueo precioso fregit anhelas.
Hic fuit, hic genitoris amor. Sed stamine, quamuis.
Ante diem rupto, nihil obfuit Atropos. Aulæ
Dum patriæ sublata perit mihi portio, regno
Elysiæ est pensata plagæ, Tu quærere prolem,
Et plorare parens perituro murmure cessa.
Æternumque vale. Nec plura locutus, in auras
Ocyus excita puer a genitrice recessit.
31. Insequitur clamore fugam Regina Politen
Ingeminans: oculoque locum vigilante per omnẽ
Circumit, ac nati vestigia vana requirit;
Orbatique sinus deplorat damna; furensque
Multa super forma queritur, super indole multa.
Nunc omnes famulas, nunc vnum accusat Achillam
Ductorem pueri, nunc imputat omnia matri
Infelix, nunc tota minis, & inanibus ipsum
Vocibus, Herodem, non exaudita, flagellat.
Talis erat, quando Nemeæa per arua repertum
Inachios ductura duces properarat ad amnem
Lemnias, herbosique infantem in cespite prati
Incustoditum male cauta locarat Ophelten:
Quem postquam affuso serpentis frigore vidit
Occubuisse redux, immenso vana Pelasgum
Turbauit clamore nemus, pectusque genasque

Damnatosque manu cœpit conuellere crines
Vipereoque amens conuitia dicere monstro:
32. Non tacuit pennata palàm traducere dirum
Fama nefas; sed Carpathij trans æquora ponti
Tænariumque latus, Delonque, & Phocidō arcem
Distulit, Aegeumque vltrà: Cyproque Samoque,
Et tacitis sublime volans memorauit Amyclis.
Illa eadem fines properè transgressa Sicanos
Ad Capitolinam penetrauit nuntia rupem,
Tarpeiæ moderator vbi cùm resciјt aulæ
Factum horrendum immane patris: Quem barbara morem
Terra Palæstinis permittit gentibus? inquit,
Parcit ibi netulis populi indulgentia porcis,
Et furit in propeios patris inclementia natos?
Hinc pia sese imis cupijt natura latebris
Abdere, ne tragico scelera indignanda cothurno
Ferret; vbi refugum turbato tramite Solem
Æqua Thyesteæ terreret fabula cœnæ?
Aut iterum infuso montana cacumina ponto
Deucalioneæ sulcarent mersa Carinæ.
33. Nec formido minor vicinas terruit vrbes.
Omnibus occursant, odio memorata recenti
Bethlemiæ lamenta plagæ: Nec posse putatur
Parcere plebeijs, qui pignora regia fuerit
Sanguine creta suo, manibus iugulare paternis,
Ergo suos alij, quos forte habuere nepotes
Lactis adhuc, & adhuc plenæ nutricis egentes,
Vrbibus emittunt pauidi; nemorumque recessus
Arcibus anteferunt, laribusque mapalia cultis;
Ne suspecta nouas infantia suscitat iras
Vagitus alii puerorum, & prima laborant
Murmura præclusis clam suffocare cauernis,
Aut alio, ne qua renouatum murmura Cunis
Exaudita treent odium, celare susurro.
Idæos memorant ita quondam arcana Curetes
(Si qua fides famæ est) Iouis incunabula parui

V:

Vt regerent, Saturne, tuas, nunc ære sonoro,
Nunc buxi impediſſe cauis ſtridoribus, aures.
34. Illa eadem cano venerandos vertice iuſſit
Ita ferire ſenes; ſi quos vicina trahebat
Suſpicio, ſocias ineunda ad bella, rebelli
Cum puero iunxiſſe manus. Et ſexus, & ætas,
Plebeſque proceresque minas timuere: Sed vnus
Ante alios omnes Simeon obnoxius illis;
Ille ter ante alios Simeon felicior omnes,
Qui, cum feſſa trahens iam plena genua ſenecta
Poſceret emeritis inſtantia funera canis;
Audierat, non antè necis ventura cupitæ
Otia, quàm Summi promiſſa videre Tonantis
Pignora Virgineis geſtata liceret in vlnis.
Inde dies noctesq; ſenex intentus, auebat
Quàm primum hac oculis promiſſa luce potiri.
Ecce autem! vt nutu vigilia penetralia nuper
Intima luſtrabat, templumq; per omne videbat
Centenas properare nurus, centenaq; matrum
Pignora mutato portari turture: ſenſit
Vnam alias inter radijs ardere puellam,
Atque alios inter puerum ſtellantibus vnum,
Inſignem facibus; gemino quē virgo redemptum
Inſtiterat niueæ pullo mutare Columbæ.
Tū Simeon (cognorat enim) penetrare per omnes
Obſtantum cuneos, populo mirante: proculq;
Exclamare; meis ſinite hanc ambire lacertis
Progeniem: hæc vlnis debetur ſarcina noſtris.
Ac ſimul Infantem, genitrice fauente, receptum
Oſtētat populis: templumq; per omne triumphat,
Multa ſuper puero memorans; & triſtia lætis,
Mixta canens, magnæ pueri patienda parenti.
35. Diſtulit extemplo Solymorū fama per vrbem
Omnia dicta ſenis, cauto ſuſpecta Tyranno.
Qui metuens, linguā ſenis imam exſcindere ferro
Iuſſit, & inſontes humeris truncare lacertos
Cum geminis vtrinque vlnis, quibus ille rebellem
Geſ-

Gesserit infantem. Et iam missus abire Satelles
Coeperat: hic atrum patulis ex ædibus agmen
Extincti Simeonis ijt; functumque per vrbem
Non illaudato produxit funere vatem.
Nam pia ventúras tranquilla morte, Tyranni
Præuertit natura manus. Premit impius, illam
Herodes fugisse suo sine vulnere prædam;
Accusatque leues hoc vno crimine Parcas;
Et siccam inuidit mortem. Quamquam ipse feriri
Optarat gladio tali totosque senilis
Verticis Infanti dilecto impendere canos.
36. Silua riget densis circundata sentibus, ingens;
Aerijsque obsessa iugis: vbi Sirius ardor
Obluctante gelu fastigia summa laborat:
Messibus in medijs cana spoliare pruina.
Hinc gelidæ valles, vmbræque, & limpida fontis
Vnda per informes multo ruit obice rupes;
Vatibus, vt perhibent, statio fidissima, si quos
Aut populi rabies inimica recedere quondàm,
Aut Regum furor, aut grauior formido subegit
Quærere, & inuentas nemorum penetrare cauernas.
Ipse adeò, qui pauper oues prædantibus Vrsis
Iuerat ereptum, fultúsque Leonibus audax
Restiterat, cum Saulis opes vitaret, in illis
Rupibus, & siluis horrentibus exul agebat:
Huc itidem cum prole parens properarat Elysa
Regis Idumæi metuens: nam sæuus eadem
Ipse Zachariaden cura quærebat & ira.
Ereptum texere tamen matura parentis
Consilia: & profugis spelæa reperta colonis
Saxa diu montesque dabant. Quis ibi omnia siluis
Abdita, & humanos procul effugientia visus,
Et pueri; & matris superata pericula pandat?
Vos alacres, quæcumque iuuet memorasse poetã
Magne puer, puerique parens effœta, monete.
37. Quà iuga in Arctoos protẽdit summa Triones

Hor-

Horrendum silvæ nemus, huc lactentis ephebi
Venerat extoris genitrix. Vtque ægra resedit,
Ponè satiscentes excisa in rupe cauernas
Faucibus angustis, adituque voraginis arcto
Conspicit. Intus erant laqueata cubilibus antra
Grandibus, & viuo fabricata sedilia saxo,
Et species non vana domus. Ibi vena strepentis
Diues aquæ, nulla sibi fecerat arte canales,
Sed modico collecta sinu, quà parte redundat;
Occultos absorpta soli rursum intrat hiatus.
Nec desunt arbusta loco, piceæque cedrique
Aeriæ; cæli quas suda crepuscula semper
Rore madere iubent liquido, vel melle tenaci
Inficiunt; stillisq; solum omne cadentibus vngunt.
Hos statuunt optare lares; languente Tyranni
Turbo Palæstini dum tempestate residat.
38. Vix paucos ibi Elysa dies, & menstrua Lunæ
Tempora compleiat, cum pluribus anxia curis
Aerumnasque loci iam detrectante Senecta,
Occubuit; medijsque illic in montibus, vnum,
Emoriente sinu puerum complexa, reliquit.
Successit fugiente libens pro matre minister
Aetherius; paruoque dapes prouidit alumno,
Nunc ab arundineis stillantia mella myricis,
Nunc mensæ tenuens in condimenta locustas,
Nunc lymphæ pro lacte gelu. Sic alter, eremo
Venturæque fami docilem durabat ephebum.
39. Ac velut Abramides (quem de Nilotide Nympha
Sustulerat genitor) dum tesqua per arida fugit
Extorri cum matre puer; neque gutta leuandæ
Paruit vlla siti: fabulo in squallente resedit,
Vltima consumptæ repentes suspiria vitæ.
Hic illi subitus miserantibus ales ab astris
Adstitit; optantique vdæ salientia petræ
Murmura, manantes digito dedit indice limphas.

Chius vt aſpexit puer ora, genaſque manuſque
Cæſariemque auro, veſtemque nitere pyropo,
Hæſit in aduerſa rediuiuus imagine; & ipſam
Pæne, ſitim puer, & ſitis eſt oblita liquorem.
Talis & hic orbo curator miſſus alumno
Stellata de ſede fuit: qui ſæpe clientis
Perdius adſtaret lateri; deſertaque pernox
Excubijs tegeret ſæpe incunabula cuſtos
40. Ipſe prior voces, meditataque verba profari
Edocuit, patriæque elementa agnoſcere linguæ:
Ipſe dicate preces, ſuperoſque in vota vocare,
Et placidos mores, arteſque addiſceret non quas
Semiuir Aeacidæ ſolitarat tradere Chiron
Barbara Cecropio præponens antra Lyceo:
Nec quas (vt memorant) Thebani fabula monſtri
Suerat Echionio quondam diuendere vulgo,
Perplexos commenta dolos: Sed qualibus ipſi
Cælicolæ indulgere ſolent, gaudentque repertis
Scilicet, occluſi quibus iret in atria cæli
Gens excluſa diu. Nec ad hæc erat indole ſegni
Complectenda puer; ſed magnis paſſibus ibat,
Iam propior, iam pæne prior ducente magiſtro.
41. Pôſt quàm anni creuere ſatis, licuitque vagari
Siluarum per opaca; nihil peritura moratus
Gaudia, nec rerum commercia vana; nec vrbis
Degeneres laxus. Pariòue è marmore turres,
Aut imbuta Tyri precioſo vellera fuco:
Sed villoſa, pilis gibboſi texta cameli,
Endromis, & cæſæ pellita lacerna bidentis,
Mundus ei muliebris erant: quo tectus, in illas
Totus hiabat opes, quas expectata parennes
Mentibus æternùm melioribus aſtra reſeruant.
Hoc ſtudium, ſeu fleret, erat; ſeu pectora pugno
Tunderet; è liquidi ſeu forte crepidine riui
Fatales ſpectaret aquas, quibus ipſe Tonantis
Venturi tingenda ſibi fore membra ſciebat;
Hoc totum Ioannis erat. Neque pectore clauſus.
Iſte

Iste tepebat amor; sed in ignem erumpere iam-
tum
Cœperat; indicio, quantis ardoribus esset
Et Reges olim & populos tracturus, vt orci
Faucibus emersi, mutato ad sidera cursu
Tendere certarent. Inde illa tot agmina plangunt
Inde pij gemitus, & suspirantia cælo
Murmura; dum crebri violentis viribus instant
Vim superis afferre plagis, perguntque beatas
Oppugnare fores, repetitoque ariete pulsant.
42. Cælitum chorus ipse, poli statione relicta,
In siluam migrare frequens; vitamq; clientis
Et studia, & mores propiori agnoscere visu
Gestijt. Obstupuere omnes; &, si qua daretur
Libertas, cuperent ad eandem viuere normam.
Quin ipsæ didicere feræ mansuescere, tanti
Hospitis exemplo; positoq; timore vocati
Ad nutum venere greges; veniaque petita
Ad sua consuerunt placidè spelæa reuerti.
Hic veram Orphei felicia monstra theatri
Inuenere fidem; placidos vbi cerua leones
Iuxta impunè stetit: damisq; oblita pepercit
Tigris; & inter oues, prædantum nulla luporum
Ingluuies metuenda fuit: tutumq; quieti
Siuerunt leporem campis errare molossi.
Threicio non illa quidem miracula cantu
Bistoniæ fecere lyræ; sed monstra ferarum
Integritas vitæ, & mens criminis inscia traxit,
Ipsaq; vel rudibus veneranda infantia siluis.
Nec volucrum cessere genus. Quacunque ferebat
Ille pedem, aerios certatim tinnula plausus
Turba dabat: iuxtaq; frequens, supraque sonoros
Hinc fringilla modos, illinc philomela canebat.
Sæpe, reor, nidis aliquæ venere relictis,
Inq; rudi lusere manu: nec sensit acanthis
Vlla magis tutos alibi, nec alauda, penates.
43. Sexta suas frondes folijs pubentibus æstas
Indue-

Induerat; totidemq; albentia vellera pratis
Cana pararat hiems; Puero cum forte precanti
Adstitit ille, oculis iam notus amantibus, ales.
Quem sic alloquitur: Rerum ò dilecte mearum
Arbiter, & parui fidissime tutor alumni;
Nulla (fatebor enim) siluarum tædia mentem
Sollicitant: placet iste mei mihi carceris horror,
Et facies inamœna loci. Neque nescio quales
Hæc inter nemorum deserta referuer in vsus:
Omnia nota mihi. Sed quis me casus opaci
Egerit in spelæa laris, iam sæpe requiro
Irritus. Et quanquam scio, non sine numine factũ
Tu tamen ede modum, caussæque exordia narra.
44. Dixerat. At vultu placide adspirante renidens
Aliger, ò Superum Puer ingens cura tuorum,
Si veteris narrare fugæ primordia cogis;
Tristia sint quamuis, risuque carentia, pandam.
Vt coniurato cecidit stirps bimula ferro,
Vicinasque nurus orbauit prole, Tyranni
Sæua Palæstini rabies; tu fortè petendus
Herodi super vnus erat. Resciuerat ortus
Admiranda tui: & profugi incunabula Regis
Vlturus, socias ardebat plectere cunas.
Quippe recens ierat vicina per oppida rumor,
Qualis in aerijs Iudææ montibus Infans,
Haud dubiũ iam iam venturi anteambula Christi
Grandæua sit natus anu; quem nuntius ales
In medijs templorum adytis, cùm festa cremaret
Tura pater, suetisque preces affunderet aris;
Iusserit imposito Ioannis nomine dici.
Hic stupuisse patrem, vocisque volubilis omnem
Amisisse sonum, linguamque hæsisse palato;
Dum noníes Lunæ decrescere viderit orbem,
Atque iterum nouies in cornua sumpta reuerti;
Tunc subitas linguæ rupisse tacentis habenas,
Et pueri studia & mores memorasse futuros,
Carmine fatidico; & Iesseia regna Sioni

Pollicitum reditura breui, quæ iure paterno
Dauidicæ ſtirpis ſoboles æterna teneret;
45. Hic iterum furijs Herodes actus, ademptos
Continuò faſces, ereptaque regna vereri,
Ni properet, primoq; vafer partum opprimat, ortu.
At cautum nihil iſte furor, nihil iſta fefellit
Fama patrem; inſidijs vigilat quacunq; cauendis
Teque tuamque domo procul emigrare parentē
Extremoſque iubet nemoris penetrare receſſus
Tantiſper. Latebras duce me veniſtis ad iſtas
Hic primi ceſſere dies, & turbida noctis
Otia; non inter niuei plumantia lecti
Stragula; ſed gelidæ ſubter laquearia petræ
Nuda fouebat humus: puluini mollior inſtat
Muſcus erat. Materna tibi de more ferebant
Vbera ſola dapem, atque eadem tibi ſola liquorē.
Sed matri vel palma nucem, vel agreſtia pomus
Poma dabat: laticem vicini hæc fluminis vnda.
46. Lauta vel hæc poterat fugiētibus eſca videri,
Dum quoque tuta foret. Sed Regia turba penates
Vt vacuos, profugaque patrem ſine prole notarāt
Incuſſo fremuere metu, Quò fugerit Infans?
Queſierit que luſtra parens? quibus occulat antris
Funeſtam Regique facem Regnoque? Fateri
Plurima cunctantem, pars crebro verbere pulſant,
Elapſumque, inter medij penetralia Templi
Araſque ante ipſas, ferro renuente trucidant.
Pars raptam indagant ſuſpecto tramite prædam.
Iamque nemus totum turba comitante remenſi
Trans iſtos abiere ſpecus; primiſque propinqui
Faucibus, hærentem (niſi mens cæcata fuiſſet)
Matris in amplexu poterant deprendere prolem.
Sed Superi ſepſere viam; luſoſque Tyranni
Irrita conantis non admiſere miniſtros.
47. inde metus alij atque alij. Nam clara fugarat
Cin-

Cynthia nocturnas bigis pallentibus vmbras;
Cùm lethæa phalanx (Satyros Faunosque vetustas
Et dryadas decepta, & Oreadas esse putarat)
E stigiis emersa focis, hæc ipsa reuisit
Iam sibi nota diù spelæa, His quippe frequentes
Cogere conuentus legio Plutonia suerat,
Quando humana dolos meditari in damna placebat;
Aut quoties pensi seriem narrare diurni
Visum erat; Heroas quot facta quisque ruina
Strauerit; aut quantas in cladem quisque futuram
Struxerit insidias, laqueosque tetenderit orbi.
Ah quibus hic illi, & quantis, risere cachinnis
Cùm prima Eumenidum soror institit ordine longo
Iessei cantare nefas herois? vt illum
Impulerit vetito conuertere lumina nutu
Funestas ad aquas: vbi visam exposcere formam
Coeperit, & subitos per lumina traxerit ignes
Ipse quidem furto miserè gaudebat: At isti
Ignarum fecere iocos. Vt deinde cruentas
Foedauit noua noxa manus; quà iusserat idem
Coniugis ereptæ, meritum meliora, maritum
Obtruncare dolo: quantum, eheu, Tartara ab illo
Crimine? quantum illa sibi tunc plausere ruina?
48. Nec minor ille dein' fuit ipso hoc plausus in antro,
Cùm totum (horresco referens) Solomona voluptas
Traxit, & illecebris deceptum mille fefellit.
Quantus enim, & quanto datus ille è culmine præceps?
Qui prius hæc summo delubra Augusta Tonanti
Prodigus, immensa fuerat molitus opum vi;
Quique Arabum venis haustum locupletius aurum,
Argentique graues, immania pondera, lamnas,
Tra-

Tractaque de totis Themesæa metalla fodinis,
Marmoraque, in Solymam congesserat vnicus ædem?
Ille simul victum Cocyria monstra profanis
Implicuere toris(nam tædis mille iugales
Iuerat in thalamos, Hymenæis mille ligatus)
Altera fana Ioui, & veneri altera fana dicauit,
Et stygia coluit, deformia numina, laruas
Stultus; adorato, quod flammam liquauerat, auro.
Hæc vbi nocturno Furiarum maxima cætu
Artibus acta suis narrauerat; omnia circùm
Vndique sublato sonuere cacumina risu.
Centum exinde dies, totidemque ea gaudia noctes
Hoc lemures egere specu; semperque vocato
Flexerunt Solomone genu. Nunquam ante reperta
Exiliere alia magis impia Tartara præda,
49. Huc igitur Lethæa cohors tum forte redibat
More suo. Aduentum sensit vicinia; & omnes
Continuo fugere feræ, stabulisque relictis
Vltima deserti periere cubilia luci.
Exoritur longeque fragor, lateque minantur
Vnam omnes montes, vnam omnia saxa ruinam.
Insequitur formis acies informibus ingens
Capripedum pleri que genus; plerique recuruis
Vnguibus; infesti cornutis frontibus omnes.
Hi veteres antri latebras magno agmine facto
Insultare parant; caueamque insidere monstris:
Sed simul atque habitata loci spelæa colonis
Attoniti sensere nouis; nec abesse paratam
Aligeri custodis opem(nam ego limina præsens
Munieram custos) illi retro ocyus acti
Per diuersa ruunt, noctemque vlulatibus implent.
Inde alijs alijsque iterum de noctibus ausi,
Sunt iterum: atque iterum me propugnãte repulsi;
Aeternoque locum vitare timore coacti.

Hæc

Hæc ibi ſexenni memorabat Tutor alumno.
Ille autem, Si cauſſa mei fuit iſta receſſus
O bone tutor, ait, liceat, per ſiquid amaui
Te, coluique, patris deſerta reuiſere tecta,
Ah liceat! mora nulla viæ eſt; permiſeris, ibo;
Et medium penetrabo fori, cupiamque videri.
Quid miſerum Herodis tot in annos differo votũ?
Quæſitum inueniat demum caput: Hauriat omnẽ,
Dum domino parcat, famula ceruice cruorem.
Dixit. At ille, meis, puer ò, ait, intime curis,
Parciùs iſta velis. Non hæc ſunt vltima fatis
Tempora pacta tuis. Fieri neque crimen ab vno
Omne Herode poteſt. Venient natique nepôteſq;
Illius, & patrem in ſcelerum certamine vincent.
Ex illis tibi certus erit, ne quære, tyrannus.
Iam video, quid quina tibi poſt luſtra minetur
Improbus, & thalami fraterni inceſtus adulter
Tu ne cede minis; Sed propudioſa coerce
Connubis, & nullo coeuntes auſpice tædas
Rumpe frequens. Dabitur quondam indigniſſima votum?
Carcer. At æratis libertas vincta catenis
Stabit adhuc: manibuſque licet, pedibuſque ligatis,
Herodi ſeruire tamen ſe lingua negabit.
Macte noua virtute puer! ſic ſæpe tonantem
Audiat ille; ſacraſque à prauo tramite rectum
Ad leges conuertat iter. Sed enim improba Dipſas
Turbat opus, Video Sybaritica Regis
Feruere barbarico dudum conuiuia luxu:
Et video, quæ forma dapes laſciua profanet,
O Superi hanc Venerem, Superi hanc arcete puellam
Et ſcelus hoc omnes, ſceleriſque auertite cauſſam.
Alternum facit ecce pedem, ſaltuque falaci
Faſcinat infauſtæ ridentia ſigmata menſæ.
Quàm vereor, miſerande puer, quo fabula ducat?

Ecce

Ecce repente caput à ceruice resectum
Elata fert illa manu! Cessa improba, cessa;
Iam satis. Hæc fatus medio sua verba reliquit
Imperfecta sono. Stupuit puer abdita rerum;
Ignarus quid quæque forent: Tamen omnia certus
Arbitrio parere Dei, nil quæsijt vltra.

Finis Libri Secundi.



B. STANISLAO
CASTISSIMO
ADOLESCENTI
QVEM
EX. ILLVSTRI. DOMO
COSCARVM
IN. SOCIETATE. IESV
ADLECTVM
INNOCENTIA
CÆLITIBVS. LAVDANDA
NOBIS
IMITANDA. CERTE
ADMIRANDA
DD. INNOCENTIBVS
MERITO. SOCIAVIT
HOC
DE. IISDEM. VOLVMEN
TERTIVM
DICAT. DEDICAT
AVCTOR.

HERODIADOS
LIBER TERTIVS.

1. ARTIBVS interea dum Luctus in omnibus errat,
Inque orbas Lamenta domos non iusta recurrunt,
Insontes rapuere viam per inania Manes
Vmbrarum nemora; & curuis ambagibus acti
Elysios venere sinus: Vbi densa piorum
Fessaque perstabant certantibus agmina votis
Sidereos optare lares. Huc namque migrarant
Post alios alij proceres; vt quemque senecta
Extulit emeritum, aut filo violenta reciso
Atropos insontem mortalibus expulit oris
Ante diē. Hos inter iuuenum placidissimus omnes
Ibat Abelus; ijs iam longior hospes in aruis:
Foedere quem rupto immeritū cognata peremit
Dextera; cum tonsas ad pascua prima bidentes
Infelix ageret. Nondum illi flaua colorem
Cæsaries mutarat, adhuc durata iuuentæ
Robora constabant, cum tabo liuidus atro
Candida nodosa feriebat tempora claua
Frater. At hunc iuxta graditur, quem poma nocēti
Tacta reum fecere manu: & iussere beatis
Extorrem socia cum coniuge cedere campis.
Nondum illi ereptæ iactura miserrima sortis
Exciderat; vetitæ sapor arboris hæret, & hærent
Viperea, quondā placita, heu malè, sibila linguæ,
Exul ad occlusos dum respicit, irritus, hortos.

2. Pro-

2. Proximus errebat Senior, qui vasta phaselo
Aequora, & immensas sine remige vicerat vndas,
Omnia diffuso cum mersa cacumina Ponto
Montesque scopulique vrbesque arcesq; natarent
Naufragæ; & pecudum genus omne hominumq; refusis
Præcipites, vltore Deo, raperentur ab vndis.
Ipse frequens memorabat adhuc, quos æquora fluctus
Excierint; quantos glomerarit Aquarius imbres;
Quo fremitu Boreas, Eurusque Notusque coactas
Impulerint nubes; quibus altum merserit vmbris
Nox offusa diem. Narrantem talia, Patres
Attoniti, & nati natorum & tota nepotum
Agmina circumstant; tempestatisque procellam
Præteritæ, tanquam præsentibus ingruat horrent.
3. Ille igitur, postquam glomerata tot vndique sensit
Millia lactentum, socijs accedere turmis:
Non aliter, quàm si grauidis è nubibus imber
Præcipitet, lapsæuè rotent Aquilone citato
Vellera densa niues; currit procul obuius, &, quæ
Tanta repentinæ sit stragis origo, requirit
Anxius. Haud alias, ait, huc numerosius vllum
Vnà eademque via descendere vidimus agmen.
An vitijs iterum cogentibus omnia pactam
Ruperunt elementa fidem! cælumque solumque
Omne superfusis tumularunt æquora lymphis?
An grauius natura malum perpessa, labascit!
Dicite progenies mea, dicite. Naufraga certè
Signa videmus, ait. Simul hos amplexus & illos,
Interiora loci vocat in penetralia, Manes
Ceteri vbi, patrumque & auorum turba colebant.
4. Incipit vnà omnis puerorum Concio: Nullis
Huc, genitor, nullis vndarum fluctibus acti

Naufraga turba sumus: Sed sanguinis imbre madēmus
Quisque sui. Hæc omnes. Reliquum pertexuit Hæmus:
Hos viden'? & viden' hos, genitor? Caput omnibus ensis
Abstulit. His mucro iugulos; his barbarus hausit
Pectora. In hos alios fuit aut incussa bipennis,
Aut illisa pedum vestigia. Tegula crustam
Verticis effregit; penetrauit in ilia ferrum.
Hos fregere sudes: hos fixa peremit arundo:
His impacta cauos pulmones vngula rupit
Quadrupedum, arctatoq; animas è corpore trusit.
Deniq; quid querimur? Non hîc externa Syrorum
Persarumque vides collatis funera signis
Edita: Nos nostri, nostri ira domestica Regis
Perdidit ignaros. Odij caussa omnibus vna,
Omnibus vna necis: quam functi agnoscere demum
Cœpimus, in viuis neq; caussa, nec ira liquebat.
Nempe timet, ne sceptra puer (quem virgine cretum
Nuper, & heredem Iessea in sede locandum
Audierat) pulso peregrino Rege capessat.
Inde furor. Delusa tamen sunt arma furentis,
Effugitq; puer Fugiatq; ò sospes, & hostem
Opprimat ipse redux! Nos succidanea facti
Victima, pro Puero gladios excepimus vno
Quotquot adesse vides. Atq; ò mihi mille liceret,
Et mille his alijs gladios hebetare pusilla
Ceruice, & totidem puero huic impendere vitas?
Mille neces illa placeant, & vulnera, caussa.
5. Nondum ea finierat; cùm circumfusa parentum
Innumerum series venientibus addidit vmbri;
Et gratata pio tacitarum murmure vocum
Felices animas ab honoro funere laudat;

Multa

Multa super rabie furibundi questa tyranni,
Multa super puero: pro quo (si rursus ad auras
Vitales referetur iter) sibi damna lubentes
Aut eadem cupiant omnes, aut plura pacisci.
Et dudum, illorum plerique exempla decoræ
Æmula mortis erant. Puerum se propter eundem
Pars memorant, auidis olim periisse leonum
Rictibus obiectos; liquidis pars omnibus haustos;
Pars gladio sectos; lento pars igne crematos;
Fatidici plerique senes. Quos inter, obuncis
Gaudet Amosiades altè prætendere Serram
Dentibus informem, as tabo stillante madentem;
Quà tremulos immane genus sulcauerat artus,
Lethoque; (horrendum) spirantia membra biformi
Huc raptarat, & huc. Seri nam præscius æui
Monstrarat, grauida venturam à virgine prolem;
Iura Palæstinis que numquam abolēda Tyrannis
Diceret, ac populos heres æterna teneret.
6. Visus in hac etiam reliquorum adstare corona
Helciades, fæta quem nondum à matre cadentem
Iam vatem ad populos, & grandia nomina Reges
Miserat omnipotens, Superum vt decreta cælestis
Panderet: Hic, vestris ego dudùm præscius, inquit,
Hanc atauis cædem didici monstrare futuram,
Et viduas narrare domos, Ah talia noram.
Funera, & orbarum audieram lamenta parentum
Antè diu, vestris quàm nota parentibus essent.
Non impune meis tamen hæc oracula fudi
Ciuibus. Auditum plebes malè credula vatem
(Ebria ceu rursus Lapitharum pugna furentum
Erueret) infesta saxorum grandine mersit.
7. Fortè pares iuuenū medijs in vallibus vmbræ,
Exigui numero, sed amico foedere Manes,
Errabant; quorum vestigia mater honesto
Pone secuta gradu nusquam intermissa, lege bat.
Hos procul Helciades vt contemplatus, eorum

Et genus, & ſeptem, generis miracula, fratres
Rettulit; heu quantis iactati caſibus, inquit,
Hunc iſti venere locum! dum barbara fortes
Antiochi renuunt mandata faceſſere, Sanctis
Mandere qui vetitas cogebat legibus eſcas,
Cernitis hunc, alijs qui pluribus eminet? Ignes
Ipſe prior, morſuſque ferox contempſit ahenæ
Forcipis: abſciſſæ caderent cum fragmina palmæ,
Auulſique pedũ digiti; & truncata cruentum
Hinc atque hinc pluerent manuum metacarpia rorem.
Iuſſus hic exertam porrexit ad altera linguam
Vulnera, & exciſſa vocem in radice reliquit.
Lumina reſtabant intacta: ſed illa, tametſi
Vndique cum vulſo vidiſſent vertice totam
Defluxiſſe cutim, & lacera ſtridentibus ollis
Membra coqui, & viuum poſita ſartagine volui
Corpus, & ardentes infra excandeſcere prunas,
Degenerem ex oculis nũquam effundere liquorẽ
8. Hæc eadem paſſi fratrum alter & alter, honorã
Oppetiere necem. Quemque omnibus ire minorẽ
Cernitis, heroæ generoſum mentis ephebum,
Hic reliquis grauiora tulit. Promiſſa tyranni
Præmia, & oſtenſas, mentem ſi flectere vellet,
Aſpernatus opes, vltroque laceſſere diros
Carnifices auſus; formidatumque giganti
Supplicium, ridere puer Puer indole magna,
Perge per Elyſios felix incedere flores,
Quà violas calthaſque teres, pubeſcere calthæ
Continuò violæque volent: & quod roſa nõdũ eſt,
Id, cum calce premes, tenero roſa ſub pede fiet.
9. Hic Hæmus, Quænam illa, inquit, quæ proxima fratres
Septenos comitatur anus! Reuerentur euntem
Vnanimes, oculiſque obſeruant ſæpe retortis.
An genitrix horum illa fuit? Sed enim ora ſeuerũ
Neſcio quid, ſexumque ſupraſons ardua mõſtrat.

Ipſa,ait,ipſa fuit.Superi! quo fœmina cæli
Digna loco. Stabat natorum in funere mater
Spectatrix,ferrumque videns ignemque ſolutis
Artubus immerſum, nihil auerſata refugit.
Nec fletu mollire feri præcordia Regis,
Fœmineo, aut veniam precibus conata moleſtis.
Poſcere;ſed conſtans fumantibus vbera natis
Impenſa;& teneris primiſque data oſcula cunis
Commemorare frequens,celumq;oſtendere lõgè;
Et per ego hæc, nati,per ego precor omnia,ferte
Ferte breui mala dura mora; facibuſque caducum
Indulgete latus;date forcipe membra tenaci
Impauidi carpenda; date,ô mea turba,ſecuri
Cedendos in fruſta pedes; impendite cælo
Felices animas. Lucrum eſt,quod perditis.Ipſa
Sic partu fœcunda meo, ſic denique matris
Eſſe mihi titulis, & imagine,digna videbor,
Cui tales peperiſſe datum eſt. Neque fortia ſolum
Dicere,ſed paribus facta inſtitit addere dictis
Fœmina. Nam plenas piceatis ignibus ollas
Iuſſa ſubire; ollas nihil indignata ſubiuit.
Tendere iuſſa manum;manum vtramque regente
tetendit,
Iuſſa pedes ferro feriendos ſubdere; ferro
Subdidit: & quicquid morituris ante ferendum
Suaſerat,id moriens,ferri poſſe,ipſa probauit.
10. Talia dum vates puerili multa coronæ
Alterni memorant; iterumque iterumq;recentes
Bethlemia de ſtrage vident accedere turmas
Attoniti: Extrema puerorum è clade Polites
Trimulus Herodis, natuque nouiſſimus infans
Agmina clauſit. Adhuc pendere monilia collo
Credita; adhuc chlamydis ſimulatæ purpura tabo
Sparſa, nouercales in patre redarguit iras
Illum alij Manes,pòſt quam didicere,paterna
Occubiſſe manu, multis è millibus vnum
Vndiq; circumſtant,& amico murmure mulcent.

11. Fortè solo circum viridi Iesseius heros
Arrectas retinens intentis mentibus vmbras,
Flebile ludebat solita testudine carmen.
Quanta Iacobiadem olim iactarit ephebum
Per varios fortuna metus: vt liuida fratrum
Cõcio, plorantem, & nequicquam multa precantē
Mersarit vetulo, lymphæque salubris & auræ
Nil retinente, lacu: Mox vt plagiaria paruo
Vendiderit turbis puerum licitantibus auro.
Ah miseri! quis agit, quis agit furor! vsq; adeonè
Dulce malum est, odio fraternum haurire cruorē?
Isacides hic alumnus, hic est, quem venditis. Idem
Vester hic, aut vestri patris est (miserescite)
sanguis.
Nullæ illos mouere preces; lacrimæque decore
Immites acuere animos. Quam barbara vendit
Vile catasta caput, tam vile est vendere fratrem.
Ne suspecta tamen cano foret ira parenti,
Rem texere dolo. Pictæ prætexta lacernæ
Vellera, mactati fœdata recentibus hædi.
A maculis, misere seni: Siluestribus illa.
Quippe reperta iugis; Syrios vbi densa leones
Silua alat, & præda sint plena cubilia rapta.
Incertum, lucosnè puer malè cautus eosdem
Fortè pererrarit; Laceros exploret amictus
Ipse pater; noritnè suos? an fallat imago
Aemula, prætextam mentita simillima vestem?
Non tulit aspectum genitor grandæuus; & hęc est,
Me miserum, hæc nati chlamys est: date nota
parenti
Symbola; relliquias date chari sanguine tinctas
Pignoris; agnosco: fera bellua sæuijt: vngues
Nosco leænā tuos; aut vincere siqua leænas
Sæuior vrsa potes. Crudelibus vtere Parca
Faucibus, atque orbum meritas demitte sub vm-
bras:
Exorata patrem: grauis orbæ est victa senectæ.

12.

12. Hactenus Isacij lugubria fata nepotis
Regius heroo deflerat carmine vates;
Vlterius ducturus adhuc; ni visa Politæ
Vmbra, repentino mutasset barbit a motu.
Namq; nouus mentē calor impulit, omne Tyranni
Supplicium, & generis pænas euoluere diri,
Quas pater, & nati natorum, omnisque datura
Progenies Herodis erat. Iubet inde peremptos
Circum omnes adstare greges. Nec longa morati
Conuenere omnes, vatemque immensa coronat
Concio; & elatis vna clamoribus omnes
Incipiunt: Cælumne pares exposcere pænas
Differet? & solus sublato vindice sanguis
Noster inultus erit? Vates clamantibus obstat
Mitior; &, dabitur quondam, mea turba, quod optas,
O dabitur! Nunc disce breues, ait, vsque furenti
Indulgere moras. Magno luet impia crimen
Aula suum. Viden', vt vacuo discedat hiatu
Subter humus? (Simul omnis humo direpta recessit
Materies, imæque Erebi patuere cauernæ)
Vt piceas agat atra palus Acheruntica flammas?
Vt fumos per inane rotet? Timuere profundum
Attoniti spectare chaos, fœdamque barathri
Colluuiem, vulgusque modis miserabile miris,
Informes animarum vmbras, torrente rotari
Mersas igne vadi; supraque ardere perenne
Sulfur, & infamem longè exhalare Mephitim.
Ilicus Hydras, viuosque genus deforme Cerastas
Sibila fenferunt candentibus edere linguis.
Perque cauos errare sinus; semperque recenti
Pectora clamantum vexare nocentia morsu.
13. Quod genus hoc hominum! ò vates, quæue huius origo
Deploranda mali! Nostronè hæc pæna Tyranno
Debita! An vsquam alio dignus torrebitur igne!

Ille, Palus, inquit, sedesque profunda nocentem
Exagitat turbam, quæ quondam infame pudendi
Criminis (excisa naturæ lege) theatrum
Pentapolim fecere sibi: quos sulfure misso
Altitonans, piceoque iratus subruit imbre,
Euertitque lares, & humo fumantia latè
Stagna superfudit, veterem testantia noxam.
14. Hic alij (quos flāma rogis ardentibus ambit,
Amphoraque infuso semper rigat ignea plumbo)
Immodicæ consueta gulæ conuiuia damnant
Serò nimis; gelidamque labris sitientibus vndam.
Irrita vota, petunt: solo cum detur anhelum
Sulfuris igniti moderari plasmate guttur:
15. Hic scupulos alij supra voluuntur acutos,
Præcipitesque ruunt: iterumque a valle retracti
Alternas ineunt ab eadem rupe ruinas,
Instabiles semper: Quos olim magna iuuabat
Quærere fortunæ ludentis inania; quorumque
Aucupio captatus honos, peregreque petita
Gloria contemptu populum pressere minorem.
16. Proxima castra tenent, odijs quos acribus egit
Inuidia, stimulante furor. Nunc, ecce, colubris
Vndique perplexi roduntur edacibus omnes,
Perpetuumque omnes iteranda in vulnera durant.
Rursum alij, quos dira fames exercuit auri;
Atq; alij, quos ira nocens, aut improba mentis
Vexauit rabies, aut desperatio sæuas
In iugulum torquere manus pertæsa coegit.
Singula quid mōstrem noxarum ergastula; Culpā
Quisque suam sibi carcer habet; distinctaq. pœni
Crimina sunt: Multis vnus furit artibus ignis,
Ingeniosus ad hoc, facta vt cruciatibus æquet.
17. Illa autem quæ turba? quis incandentibus vndis
Innumera cum plebe globus? Nant, ecce, iugales
Flammiferi, remouuntque meros è naribus ignes,
Subuectæque ardente rotātur in amne quadrigæ.
Con

Continuò vates. Pharijs hæc turba sub armis
Dum sequitur populi profugas infesta phalanges,
Vidit Erythræas inopina recedere lymphas,
Et geminos vtrinque vndarum assurgere muros,
Et medio siccata pedum vestigia Ponto.
Ergo subire audax,& equos bigasque per alti
Gurgitis arentes agere improba cœpit arenas,
Ipsa nihil metuens. Iamque æquoris intima sicci
Attigerat,cum versa suis occurrere bigis
Æquora conuulsisque labantia fundamentis
Vndarum hinc atq. hinc decrescere mœnia cernit
Opplerique vadum,& nusquam fugientibus vlla
Littora,sed toto venientem a littore mortem.
Tum trepidare cohors, subitisq. vlulatibus vndas
Frustra arcere. Ruunt ex omni parte procellæ,
Et currus & equos aduerso turbine voluunt,
Excutiuntque viros,refluoque inimica profundo
Arma rotant. Manes illo de gurgite pulsi
Hac in sede luunt scelus;æternumque iubentur
Infernos innare lacus;flammaque perusti
Hæc ludunt rediuiua sui simulacra furoris.
18. Non procul hinc, alter stygio natat amne Tyrannus,
Niliacis itidem qui fascibus vsus,iniqua
Isacias matres cogebat lege,recentes
Fluctibus vndarum in medijs exponere partus,
Ægypti crudele nefas. Nunc ipse rotatur
Sulfureis immersus aquis;semperque requirit
Littora,quærentem frustrantur littora semper,
Reijciuntq; suas emersum semper in vndas.
19. Hic etiam rebus grauis infensusq; secundis
Sæpe meis,commissa luit;cui creber eburno
Pectine,vesanos agerent cum corda dolores,
Consueram placidam reuocare sub ossa quietem,
Vritur hic etiam longæuis ignibus hostis
Ille,Palæstinas qui princeps ante phalangas

Ense ferox,hastaque minax,squamaque trilici
Tutus,in Hebræas iaciebat probra cohortes,
Monstrum horrendum,immane,gigas. Sed funda gigantem
Exigui iactu silicis librata peremit:
Ipse,velut vento procera furente cupressus
Aerijs euulsa iugis,procumbit,& ingens
Arma super clypeumq; cadit. Ego paruulus ensẽ
Eripio,& grandi caput à ceruice reuello.
20. Iuxtà,alijs alijsque suas Acheruntica flãmas
Stagna,superfuso liquidæ picis igne,ministrant.
Clamor vbique,& vbique labor, stridorq; dolorq;
Et lacrimæ,& gemitus,& perpetui vlulatus:
Nec facies,nec forma loco,sed terror,& horror
Vndique & innumerus damnato in carcere tortor
Sontibus æternos substernit manibus ignes.
Nec numerus turbæ est;sed restant mille reorum
Agmina:mille latent horrendo nomine pænæ;
Nomine mille carent:labor est euoluere partem.
21. Verùm illi,quid molis agũt,qui saxa præustis
Ignea subuectant humeris?quique irrita fessi
Fundamẽta locant? An & hæ Phlegethõtida curæ
Sollicitant turbam,vt muros attollere regno
Persephones tentent? Age fare nouissima vates.
Protinus ille: pares cæptis audacibus,inquit,
Persoluunt pænas: & iam bis dena laborant
Secula frustrari;bisque altera dena negatum
Conabuntur opus. Nam post quàm naufraga gentem
Sacrilegam tellus fatalibus obruit vndis;
Hi veriti,seros eadem ne fata nepotes
Excidio premerent; atque eluuione secunda
Subruerent vrbes;immane culmine turrim,
Ædificant,rupesque intrò montesque receptant,
Circuitu,quantum Babylonia mœnia possent
Olim aptare sibi. Mox vsque in nubila saxis
Impositis fecere viam;cælique minati

Vi-

Vicinas afferre manus;sublime cacumen
Imbribus intactum;& nullis superabile ventis
Esse rati;risere minas irasque trisulci
Fulminis,& fastu stolido spreuere Tonantem,
22. Vidit vana pium fastigia crescere Numen
Iamque adeò mentes,iamque ipsas tangere nubes
Transabitura etiam,nisi cœpta superba potenti
Disturbata manu,porro altiùs ire vetaret.
Altius ire vetat. Neque res erat ardua:centum
Suppetiere modi. Feriatne tricuspide telo
Aeriam molem,& fastigia dissipet igne?
An Boreæ quatiat violento turbine? An ima
Euocet iratus validum è tellure tremorem?
Saxeaque ambiguo luxare cacumina motu
Occupet? An solo molimina grandia nutu
Ludat? & insanas vertat sine fulmine turres?
Postremum placuit. Lingua consueuerat vna
Omnis adhuc tellus; & verba Hebræa rotabat
Non discorde sono,patriæ consortio turbæ.
Omnibus hinc facilis;fieri quocunque iuberet
Diuersi,consensus erat;paruoque iuuabat
Tempore sublimem concordia surgere molem,
23. Hac opus vt visum est subuertere parte; relictis
Omnis,ait,vocum fugiat concordia terris;
Succedatque loco discordia;verbaq; verbis,
Et labra sint labris difformia,& oribus ora;
Nec fratri frater sua,nec sua amicus amico
Prodere sensa queat. Pereant commercia. Dixit,
Verbaque dicentis res est comitata.Repentè
Alter Arabs,alterqua Cilix in dissona vocum
Murmura,labrorum informes pandebat hiatus:
Iam stridere Getæ;iam frangere verba Geloni
Nunquam audita prius; Iam Sarmata, Parthus,
Alanus,
Ostrogothus,Garamas,Bisalta,Sabæus,Isaurus
Confuso clamare sono:Iam barbara Seres
Non intellecto protrudere nomina sensu.

His

Hic Indus, Getulus ibi, discordibus vsi
Vocibus, alternos nequiere agnoscere nutus
Et Persæ Medos risere, & Bactra Britannos,
Et Numidæ Celtas, & pars Chaldæa Sicambros,
Inde sibi cunas Graiæ Sapientia linguæ
Repperit, & voces excepit terra Latinas.
Tum dubiæ cœpere manus languere, suasque
Obstupuere moras opera interrupta: Nec vllam
Alter in alterius consensu repperit artem.
Nam socio qui iussus erat præbere ligonem,
Saxa dabat: dare iussus aquam, dabat inscius vrnā
Marmora portari cupiebant secta Magistri,
Portabant calcem famuli: cum lima rogatur,
Affertur cuneus: cum serra vocatur, amussis
Obsequio fallente venit. Parere recusant
Inter se, veniunt vetiti, fugiuntque vocari,
Inuersis animis studijs. Discordia tandem
Concordes operas abrupta lege diremit.
24. Ergo inter sese, quantum distare loquelis,
Continuo tantum cæpere recedere terris;
Quà sua Iordanes, qua littora lambit Araxes,
Quà Ganges, quà Rhenus abit; qua saxa Niphatæ
Nubiferęque Alpes, Rhodopeaque frigora pēdent
Quà Nili Catadupa sonant: Tibrisque, Padusque,
Alluit Ausonias felici flumine ripas.
Nunc opere ex tanto, cum res sit nulla superstes,
Turris adhuc seruat vacuum Babylonia nomen.
25. Ecce autem hic, piceos vbi agunt incendia fumos,
Sulphureamque rotant media è sartagine nubem,
Et stridente rotæ voluuntur turbine, curuis
Falcibus armatæ, ferroque tridente reuinctæ;
Hæc sedes Herodis erit. Nusquam horridus alter
In toto Phlegetonte locus; nusquam altera pœnis
Flamma intenta magis. Quicquid diuersa laborū
Eximium seruant Lethææ ergastula vallis,
Omne redundat in hanc extremi carceris oram.
Iam

Iam vacua expectat venturum sella colonum
Impatiens; dudumque suos stomachatur inani
Ludibrio sæuire rogos; deuotaque flammis
Pabula, plus æquo queritur dilata negari.
Parua mora est; dabitur. Prius intestina pedester
Bella parat miles; scelerique domesticus vltor
Imminet: è viuo generandi corpore vermes
Defigent auidos libata in pabula dentes.
Quos vbi deficient ea pascua; mersus Auerno
Ipse nouos vermes impastaque monstra cerastas
Nutriet; æternisque iterum rodenda colubris
Omnia membra dabit. Pæms cogetur in istis
Alternas mutare vices, sensuque perenni
Explorare stygem; iamque ignes debitus hospes
Sulfureæ sudata pyræ, piceataque Lethes
Balnea; iam gelidæ glacialia frigora brumæ
Intoleranda pati: iamque ad tormenta reuerti
Pristina, iamque alijs eadem mutare repertis.
His vestram lues ille necem; quæque ante scelestè
Plura dedit, quæq; instituet dare plura superstes
Funera adhuc (nam perget adhuc dare plura superstes)
His luet æternum, miser, æternumque caminis.
Nec solus tamen ipse luet: Stipabit adustum
Æmula turba patrem: longamque hic ille nepotũ
Iuxta se seriem, exempli scelerisque sequacem
Vicino infelix ardere videbit in igne.
26. Hei mihi! quæ video Herodis documenta minoris?
Ille Deum ille Deum (metus est dixisse) niuali
Succinget chlamyde, & fatuo traducit amictu;
Atque alijs, vt ament postica illudere sanna;
Auctor erit. Prohibete nouum pia sidera crimen!
Nec satis hoc fecisse nefas. Idem, ebria circum
Sigmata cùm veniet genitrice iubente puella,
Alternos factura pedes, orbare iubebit
Eximia ceruice virum, cui tempora vatem

Nul-

Nulla tulere parem. Sed vindice numinis ira,
Indigus in terris pœnas dabit exul Iberis.
27. Nec Senior meliora nepos Agrippa capesset
Consilia. Ipse pari quondam altera & altera ferro
Tentabit capitum magnorum incidere colla:
Altera sed rupto subducet carcere missus
Ales, & in tuto, plebe indignante, locabit;
Altera libratæ subdentur victa securi:
Non impune tamen. Solio cum vanus ab alto
Perstrepet, & plausu populi deceptus inani,
Egressum humanæ iam se miracula linguæ
Credet: ibi, cælo fastum vlciscente, rigescet
Infuso per membra gelu; subitisque caducos
Æger, opisque carens, præbebit vermibus artus.
28. Hunc Agrippa minor, patriæ non degener he-
res
Indolis, hūc malè nupta soror postrema sequetu[r]
Opprobrio noscenda suo. Proh! quantus ab v[na]
Stirpe furor! Manet hos istius carceris horror,
Et generi seruata palus; quam sola pudendis
Cypria repleret vitijs Herodias omnem.
At non illa tamen sicco phlegethonta subibit
Funere; Supplicij partem prius exiget vnda,
Vnda graui glacianda gelu. Iam cerno, gelati
Lubrica quem propter transire coagula riui,
Sed propter quamcumque Venus, nusquam illa [...]
fauentes
Experietur aquas. Video, chrystalla dehiscunt:
Iam medio dirupta lacu: Iam iamque labantis
Pars submersa natat, iugulo tenus, inter acutas
Gurgitis adstricti pars subsilit altera crustas.
O meritam, ne testa pedes durata salaces
Ferret, Habet iustas, culpæ memor, alueus iras.
Talia dum pueris Iesseus explicat heros,
Desiit hiscentes tellus monstrare cauernas,
Tenariumque chaos. Placuit meliora piorum
Agmina mirari, & rebus gaudere secundis.

29. In-

29. Interea corpore [illegible] ens
Exul iter, vereri [illegible] s
Ire Pharaonis [illegible] it Ales
Finitimasque [illegible] sedem.
Iungitur eum [illegible] at,
Tityrus, ut [illegible] sopora
Prauius [illegible] tam
Mitigat; [illegible] s.
Puncto [illegible] quis
Ex [illegible] a nullus;
[illegible] hospes
Summa [illegible] ullus.
Terga [illegible] ad vmbras
[illegible] oporem.
[illegible], verendiq;
Occur [illegible] pellex,
Ad sub [illegible] a Serræ,
Illi etiam [illegible] grauabat.
[illegible] upplex
[illegible] scere fidos
Omnia [illegible] Arnum
30. Infa [illegible] mina pandi
[illegible] s
Qui [illegible] a. Mensas
[illegible] Quid hærent
Purpura [illegible] soluit
[illegible] tiam
[illegible] Solis;
Qui [illegible] tibus hospe
[illegible] acæ
[illegible] stra
[illegible] us ab axe
Et [illegible] gales,
[illegible] n hortos,
[illegible] gemmis,
31. [illegible] cœtus.
[illegible] cernit

Ad:

Naufraga turba sumus: Sed sanguinis imbre madenus
Quisque sui. Hæc omnes. Reliquum pertexuit Hæmus:
Hos viden'? & viden' hos, genitor? Caput omnibus ensis
Abstulit. His mucro iugulos; his barbarus hausit
Pectora. In hos alios fuit aut incussa bipennis,
Aut illisa pedum vestigia. Tegula crustam
Verticis effregit; penetrauit in ilia ferrum.
Hos fregere sudes: hos fixa peremit arundo:
His impacta cauos pulmones vngula rupit
Quadrupedum, arctatoq; animas è corpore trusit.
Deniq; quid querimur? Non hìc externa Syrorum
Persarumque vides collatis funera signis
Edita: Nos nostri, nostri ira domestica Regis
Perdidit ignaros. Odij caussa omnibus vna,
Omnibus vna necis: quam functi agnoscere demum
Cœpimus, in viuis neq; caussa, nec ira liquebat.
Nempe timet, ne sceptra puer (quem virgine cretum
Nuper, & heredem Iessea in sede locandum
Audierat) pulso peregrino Rege capessat.
Inde furor. Delusa tamen sunt arma furentis,
Effugitq; puer Fugiatq; ò sospes, & hostem
Opprimat ipse redux! Nos succidanea facti
Victima, pro Puero gladios excepimus vno
Quotquot adesse vides. Atq; ò mihi mille liceret,
Et mille his alijs gladios hebetare pusilla
Ceruice, & totidem puero huic impendere vitas?
Mille neces illa placeant, & vulnera, caussa.
5. Nondum ea finierat; cùm circumfusa parentum
Innumerum series venientibus adstitit vmbri;
Et gratata pio tacitarum murmure vocum
Felices animas ab honoro funere laudat:

Multa

Multa super rabie furibundi questa tyranni,
Multa super puero: pro quo (si rursus ad auras
Vitales referetur iter) sibi damna lubentes
Aut eadem cupiant omnes, aut plura pacisci.
Et dudum, illorum plerique exempla decoræ
Æmula mortis erant. Puerum se propter eundem
Pars memorant, auidis olim perijsse leonum
Rictibus obiectos; liquidis pars omnibus haustos;
Pars gladio sectos; lento pars igne crematos;
Fatidici pleriq; senes. Quos inter, obuncis
Gaudet Amosiades altè prætendere Serram
Dentibus informem, ac tabo stillante madentem;
Quà tremulos immane genus sulcauerat artus,
Lethoq; (horrendum) spirantia membra biformi
Huc raptarat, & huc. Seri nam præscius æui
Monstrarat, grauida venturam à virgine prolem;
Iura Palæstinis que numquam abolêda Tyrannis
Diceret, ac populos heres æterna teneret.
6. Visus in hac etiam reliquorum adstare corona
Helciades; fœta quem nondum à matre cadentem
Iam vatem ad populos, & grandia nomina Reges
Miserat omnipotens, Superum vt decreta cælestis
Panderet: Hic, vestris ego dudùm præscius, inquit,
Hanc atauis cædem didici monstrare futuram!
Et viduas narrare domos; Ah talia noram.
Funera, & orbarum audieram lamenta parentum
Antè diu, vestris quàm nota parentibus essent.
Non impune meis tamen hæc oracula fudi
Ciuibus. Auditum plebes malè credula vatem
(Ebria ceu rursus Lapitharum pugna furentum
Erueret) infesta saxorum grandine mersit.
7. Fortè pares iuuenũ medijs in vallibus vmbræ,
Exigui numero, sed amico foedere Manes,
Errabant; quorum vestigia mater honesto
Pone secuta gradu nusquam intermissa, lege bat.
Hos procul Helciades vt contemplatus, eorum

Et genus,& ſeptem,generis miracula;fratres
Rettulit;heu quantis iactati caſibus,inquit,
Hunc iſti venere locum ! dum barbara fortes
Antiochi renuunt mandata faceſſere, Sanctis
Mandere qui vetitas cogebat legibus eſcas,
Cernitis hunc,alijs qui pluribus eminet ? Ignes
Ipſe prior, morſuſque ferox contempſit ahenæ
Forcipis : abſciſſæ caderent cum fragmina palmæ,
Auulſique pedum digiti; & truncata cruentum
Hinc atque hinc pluerent manum metacarpia rorem.
Iuſſus hic exertam porrexit ad altera linguam
Vulnera, & exciſſa vocem in radice reliquit.
Lumina reſtabant intacta : ſed illa,tametſi
Vndique cum vulſo vidiſſent vertice totam
Deflaxiſſe cutim, & lacera stridentibus ollis
Membra coqui, & viuum poſita ſartagine volui
Corpus,& ardentes infra excandeſcere prunas,
Degenerem ex oculis nūquam effundere liquorē
8. Hæc eadem paſſi fratrum alter & alter, honorā
Oppetiere necem. Quemque omnibus ire minorē
Cernitis, heroæ generoſum mentis ephebum,
Hic reliquis grauiora tulit. Promiſſa tyranni
Præmia, & oſtenſas,mentem ſi flectere vellet,
Aſpernatus opes,vltroque laceſſere diros
Carnifices auſus; formidatumque giganti
Supplicium,ridere puer Puer indole magna,
Perge per Elyſios felix incedere flores,
Quà violas calthaſque teres,pubeſcere calthæ
Continuò violæque volent:& quod roſa nōdū eſt,
Id,cum calce premes, tenero roſa ſub pede fiet.
9. Hic Hæmus, Quænam illa, inquit, quæ proxima fratres
Septenos comitatur anus ! Reuerentur euntem
Vnanimes, oculiſque obſeruant ſæpe retortis.
An genitrix horum illa fuit ? Sed enim ora ſeuerū
Neſcio quid, ſexumque ſuprafons ardua mōſtrat.
Ipſa,

Ipſa,ait,ipſa fuit.Superi! quo fæmina cæli
Digna loco. Stabat natorum in funere mater
Spectatrix,ferrumque videns ignemque ſolutis
Artubus immerſum, nihil auerſata refugit.
Nec fletu mollire feri præcordia Regis,
Fæmineo, aut veniam precibus conata moleſtis,
Poſcere;ſed conſtans fumantibus vbera natis
Impenſa;& teneris primiſque data oſcula cunis
Commemorare frequens,celumq;oſtendere lõgè;
Et per ego hæc, nati,per ego precor omnia,ferte
Ferte breui mala dura mora; facibuſque caducum
Indulgete latus;date forcipe membra tenaci
Impauidi carpenda; date,ô mea turba,ſecuri
Cedendos in fruſta pedes; impendite cælo
Felices animas. Lucrum eſt,quod perditis.Ipſa
Sic partu fæcunda meo, ſic denique matris
Eſſe mihi titulis, & imagine,digna videbor,
Cui tales peperiſſe datum eſt. Neque fortia ſolum
Dicere,ſed paribus facta inſtitit addere dictis
Fæmina. Nam plenas piceatis ignibus ollas
Iuſſa ſubire; ollas nihil indignata ſubiuit:
Tendere iuſſa manum;manum vtramque repente
tetendit,
Iuſſa pedes ferro feriendos ſubdere; ferro
Subdidit: & quicquid morituris ante ferendum
Suaſerat,id moriens,ferri poſſe,ipſa probauit.
10. Talia dum vates puerili multa coronæ
Alterni memorant; iterumque iterumq;recentes
Bethlemia de ſtrage vident accedere turmas
Attoniti: Extrema puerorum è clade Polites
Trimulus Herodis, natuque nouiſſimus infans
Agmina clauſit. Adhuc pendere monilia collo
Credita; adhuc chlamydis ſimulatæ purpura tabo
Sparſa, nouercales in patre redarguit iras
Illum alij Manes,pòſt quam didicere,paterna
Occubiſſe manu, multis è millibus vnum
Vndiq; circumſtant,& amico murmure mulcent.

11. Fortè solo circum viridi Iesseius heros
Arrectas retinens intentis mentibus vmbras,
Flebile ludebat solita testudine carmen.
Quanta Iacobiadem olim iactarit ephebum
Per varios fortuna metus: vt liuida fratrum
Cōcio, plorantem, & nequicquam multa precantē
Merſarit vetulo, lymphæque ſalubris & auræ
Nil retinente, lacu: Mox vt plagiaria paruo
Vendiderit turbis puerum licitantibus auro.
Ah miseri! quis agit, quis agit furor! vsq; adeonè
Dulce malum est, odio fraternum haurire cruorē?
Isacides hic alumnus, hic est, quem venditis. Idem
Vester hic, aut vestri patris est (miserescite)
sanguis.
Nullæ illos mouere preces; lacrimæque decore
Immites acuere animos. Quam barbara vendit
Vile catasta caput, tam vile est vendere fratrem?
Ne suspecta tamen cano foret ira parenti,
Rem texere dolo. Pictæ prætexta lacernæ
Vellera, mactati fædata recentibus hædi.
A maculis, misere seni: Siluestribus illa.
Quippe reperta iugis; Syrios vbi densa leones
Silua alat, & præda sint plena cubilia rapta.
Incertum, lucosnè puer malè cautus eosdem
Fortè pererrarit; Laceros exploret amictus
Ipse pater; noritnè suos? an fallat imago
Aemula, prætextam mentita simillima vestem?
Non tulit aspectum genitor grandæuus; & hęc est;
Me miserum, hæc nati chlamys est: date nota
parenti
Symbola; relliquias date chari sanguine tinctas
Pignoris; agnosco: fera bellua sæuijt: vngues
Nosco leæna tuos; aut vincere siqua leænas
Sæuior vrsa potes. Crudelibus vtere Parca
Fauscibus, atque orbum meritas demitte sub vm-
bras
Exorata patrem: grauis orbæ est victa senectæ.

12. Hactenus Isacij lugubria fata nepotis
Regius heroo defl erat carmine vates;
Vlterius ducturus adhuc; ni visa Politæ
Vmbra, repentino mutasset barbita motu.
Namq; nouus mentē calor impulit, omne Tyranni
Supplicium, & generis pœnas euoluere diri,
Quas pater, & nati natorum, omnisque datura
Progenies Herodis erat. Iubet inde peremptos
Circum omnes adstare greges. Nec longa morati
Conuenere omnes, vatemque immensa coronat
Concio; & elatis vna clamoribus omnes
Incipiunt: Cælumne pares exposcere pœnas
Differet? & solus sublato vindice sanguis
Noster inultus erit? Vates clamantibus obstat
Mitior; &, dabitur quondam, mea turba, quod optas,
O dabitur! Nunc disce breues, ait, vsque furenti
Indulgere moras. Magno luet impia crimen
Aula suum. Viden', vt vacuo discedat hiatu
Subter humus? (Simul omnis humo direpta recessit
Materies, imæque Erebi patuere cauernæ)
Vt piceas agat atra palus Acheruntica flammas?
Vt fumos per inane rotet? Timuere profundum
Attoniti spectare chaos, fœdamque barathri
Colluuiem, vulgusque modis miserabile miris,
Informes animarum vmbras, torrente rotari
Mersas igne vadi; supraque ardere perenne
Sulfur, & infamem longè exhalare Mephitim.
Hinc Hydras, viuosque genus deforme Cerastas
Sibila senserunt candentibus edere linguis,
Perque cauos errare sinus; semperque recenti
Pectora clamantum vexare nocentia morsu.
13. Quod genus hoc hominum! ô vates, quæue huius origo
Deploranda mali! Nostronè hæc pœna Tyranno
Debita! An vsquam alio dignus torrebitur igne!

Ille,Palus,inquit,ſedeſque profunda nocentem
Exagitat turbam, quæ quondam infame pudendi
Criminis (exciſa naturæ lege) theatrum
Pentapolim fecere ſibi: quos ſulfure miſſo
Altitonans,piceoque iratus ſubruit imbre,
Euertitque lares,& humo fumantia latè
Stagna ſuperfudit,veterem teſtantia noxam.
14. Hic alij (quos flāma rogis ardentibus ambit,
Amphoraque infuſo ſemper rigat ignea plumbo)
Immodicæ conſueta gulæ conuiuia damnant
Serò nimis; gelidamque labris ſitientibus vndam
Irrita vota,petunt:ſolo cum detur anhelum
Sulfuris igniti moderari plaſmate guttur:
15. Hic ſcopulos alij ſupra voluuntur acutos,
Præcipiteſque ruunt:iterumque a valle retracti
Alternas ineunt ab eadem rupe ruinas,
Inſtab les ſemper: Quos olim magna iuuabat
Quærere fortunæ ludentis inania;quorumque
Aucupio captatus honos,peregreque perita
Gloria contemptu populum preſſere minorem.
16. Proxima caſtra tenent,odijs quos acribus egit
Inuidia,ſtimulante furor. Nunc,ecce,colubris
Vndique perplexi roduntur edacibus omnes,
Perpetuumque omnes iteranda in vulnera durant
Rurſum alij,quos dira fames exercuit auri;
Atq; alij,quos ira nocens,aut improba mentis
Vexauit rabies,aut deſperatio ſæuas
In iugulum torquere manus pertæſa coegit.
Singula quid mōſtrem noxarum ergaſtula? Culpā
Quiſque ſuam ſibi carcer habet; diſtinctaq. pæni
Crimina ſunt. Multis vnus furit artibus ignis,
Ingenioſus ad hoc,facta vt cruciat bus æquet.
17. Illa autem quæ turba?quis incandentibus vndis
Innumera cum plebe globus? Nant,ecce,iugales
Flammiferi,remouuntque meros è naribus ignes,
Subuecti ſæque ardente rotātur in amne quadrigæ.

Continuò vates. Pharijs hæc turba sub armis
Dum sequitur populi profugas infesta phalanges,
Vidit Erythræas inopina recedere lymphas,
Et geminos vtrinque vndarum assurgere muros,
Et medio siccata pedum vestigia Ponto.
Ergo subire audax, & equos bigasque per alti
Gurgitis arentes agere improba cœpit arenas,
Ipsa nihil metuens. Iamque æquoris intima sicci
Attigerat, cum versa suis occurrere bigis
Æquora conuulsisque labantia fundamentis
Vndarum hinc atq. hinc decrescere mœnia cernit
Oppletque vadum, & nusquam fugientibus vlla
Littora, sed toto venientem a littore mortem.
Tum trepidare cohors, subitisq. vlulatibus vndas
Frustra arcere. Ruunt ex omni parte procellæ,
Et currus & equos aduerso turbine voluunt,
Excutiuntque viros, refluoque inimica profundo
Arma rotant. Manes illo de gurgite pulsi
Hac in sede luunt scelus; æternumque iubentur
Infernos innare lacus; flammaque perusti
Hæc ludunt rediuiua sui simulacra furoris.
18. Non procul hinc, alter stygio natat amne Tyrannus,
Niliacis itidem qui fascibus vsus, iniqua
Isacias matres cogebat lege, recentes
Fluctibus vndarum in medijs exponere partus,
Ægypti crudele nefas. Nunc ipse rotatur
Sulfureis immersus aquis; semperque requirit
Littora, quærentem frustrantur littora semper,
Reijciuntq; suas emersum semper in vndas.
19. Hic etiam rebus grauis infensusq; secundis
Sæpe meis, commissa luit; cui creber eburno
Pectine, vesanos agerent cum corda dolores,
Consueram placidam reuocare sub ossa quietem,
Vritur hic etiam longæuis ignibus hostis
Ille, Palæstinas qui princeps ante phalangas

Ense ferox, hastaque minax, squamaque trilici
Tutus, in Hebræas iaciebat probra cohortes,
Monstrum horrendum, immane, gigas. Sed funda gigantem
Exigui iactu silicis librata peremit:
Ipse, velut vento procera furente cupressus
Aerijs euulsa iugis, procumbit, & ingens
Arma super clypeumq; cadit. Ego paruulus ensẽ
Eripio, & grandi caput à ceruice reuello.
20. Iuxtà, alijs alijsque suas Acheruntica flãmas
Stagna, superfuso liquidæ picis igne, ministrant.
Clamor vbique, & vbique labor, stridorq; dolorq;
Et lacrimæ, & gemitus, & perpetui vlulatus:
Nec facies, nec forma loco, sed terror, & horror
Vndique & innumerus damnato in carcere tortor
Sontibus æternos substernit manibus ignes.
Nec numerus turbæ est; sed restant mille reorum
Agmina: mille latent horrendo nomine pœnæ;
Nomine mille carent: labor est euoluere partem.
21. Verùm illi, quid molis agũt, qui saxa præustis
Ignea subuectant humeris? quique irrita fessi
Fundamẽta locant? An & hæ Phlegethõtida curæ
Sollicitant turbam, vt muros attollere regno
Persephones tentent? Age fare nouissima vates.
Protinus ille: pares cæptis audacibus, inquit,
Persoluunt pænas: & iam bis dena laborant
Secula frustrari; bisque altera dena negatum
Conabuntur opus. Nam post quàm naufraga gentem
Sacrilegam tellus fatalibus obruit vndis;
Hi veriti, seros eadem ne fata nepotes
Excidio premerent; atque eluuione secunda
Subruerent vrbes; immane culmine turrim,
Ædificant, rupesque intrò montesque receptant,
Circuitu, quantum Babylonia mœnia possent
Olim aptare sibi. Mox vsque in nubila saxis
Impositis fecere viam; cælique minati

Vicinas afferre manus; sublime cacumen
Imbribus intactum; & nullis superabile ventis
Esse rati; risere minas irasque trisulci
Fulminis, & fastu stolido spreuere Tonantem,
22. Vidit vana pium fastigia crescere Numen
Iamque adeò mentes, iamque ipsas tangere nubes
Transabitura etiam, nisi cæpta superba potenti
Disturbata manu, porro altiùs ire vetaret.
Altius ire vetat. Neque res erat ardua: centum
Suppetiere modi. Feriatne tricuspide telo
Aeriam molem, & fastigia dissipet igne?
An Boreæ quatiat violento turbine? An ima
Euocet iratus validum è tellure tremorem?
Saxeaque ambiguo luxare cacumina motu
Occupet? An solo molimina grandia nutu
Eudat? & insanas vertat sine fulmine turres?
Postremum placuit. Lingua consueuerat vna
Omnis adhuc tellus; & verba Hebræa rotabat
Non discorde sono, patriæ consortio turbæ.
Omnibus hinc facilis; fieri quocunque iuberet
Diuersi, consensus erat; paruoque iuuabat
Tempore sublimem concordia surgere molem,
23. Hac opus vt visum est subuertere parte; relictis
Omnis, ait, vocum fugiat concordia terris;
Succedatque loco discordia; verbaq; verbis,
Et labra sint labris difformia, & oribus ora,
Nec fratri frater sua, nec sua amicus amico
Prodere sensa queat. Pereant commercia. Dixit,
Verbaque dicentis res est comitata. Repentè
Alter Arabs, alterqua Cilix in dissona vocum
Murmura, labrorum informes pandebat hiatus:
Iam stridere Getæ; iam frangere verba Geloni
Nunquam audita prius; Iam Sarmata, Parthus,
Alanus,
Ostrogothus, Garamas, Bisalta, Sabæus, Isaurus
Confuso clamare sono: Iam barbara Seres
Non intellecto protrudere nomina sensu.

Hic Indus, Getulus ibi, discordibus vsi
Vocibus, alternos nequiere agnoscere nutus
Et Persæ Medos risere, & Bactra Britannos,
Et Numidæ Celtas, & pars Chaldæa Sicambros,
Inde sibi cunas Graiæ Sapientia linguæ
Repperit, & voces excepit terra Latinas.
Tum dubiæ cœpere manus languere, suasque
Obstupuere moras opera interrupta: Nec vllam
Alter in alterius consensu repperit artem.
Nam socio qui iussus erat præbere ligonem,
Saxa dabat: dare iussus aquam, dabat inscius vrn.
Marmora portari cupiebant secta Magistri,
Portabant calcem famuli: cum lima rogatur,
Affertur cuneus: cum serra vocatur, amussis
Obsequio fallente venit. Parere recusant
Inter se, veniunt vetiti, fugiuntque vocati,
Inuersis animis studijs. Discordia tandem
Concordes operas abrupta lege diremit.
24. Ergo inter sese, quantum distare loquelis,
Continuo tantum cæpere recedere terris;
Quà sua Iordanes, qua littora lambit Araxes,
Quà Ganges, quà Rhenus abit; qua saxa Niphatæ
Nubiferæque Alpes, Rhodopeaque frigora pēdent
Quà Nili Catadupa sonant: Tibrisque, Padusque,
Alluit Ausonias felici flumine ripas.
Nunc opere ex tanto, cum res sit nulla superstes,
Turris adhuc seruat vacuum Babylonia nomen.
25. Ecce autem hic, piceos vbi agunt incendia fumos,
Sulphureamque rotant media è sartagine nubem,
Et stridente rotæ voluuntur turbine, curuis
Falcibus armatæ, ferroque tridente reuinctæ;
Hæc sedes Herodis erit. Nusquam horridus alter
In toto Phlegetonte locus; nusquam altera pœnis
Flamma intenta magis. Quicquid diuersa laborū
Eximium seruant Lethææ ergastula vallis,
Omne redundat in hanc extremi carceris oram.

Iam vacua expectat venturum sella colonum
Impatiens; dudumque suos stomachatur inani
Ludibrio sæuire rogos; deuotaque flammis
Pabula, plus æquo queritur dilata negari.
Parua mora est; dabitur. Prius intestina pedester
Bella parat miles; scelerique domesticus vltor
Imminet: è viuo generandi corpore vermes
Defigent auidos libata in pabula dentes.
Quos vbi deficient ea pascua; mersus Auerno
Ipse nouos vermes impastaque monstra cerastas
Nutriet; æternisque iterum rodenda colubris
Omnia membra dabit. Pæns cogetur in istis
Alternas mutare vices, sensuque perenni
Explorare stygem; iamque ignes debitus hospes
Sulfureæ sudata pyræ, piceataque Lethes
Balnea; iam gelidæ glacialia frigora brumæ
Intoleranda pati: iamque ad tormenta reuerti
Pristina, iamque alijs eadem mutare repertis.
His vestram lues ille necem; quæque ante sceleste
Plura dedit, quæq; instituet dare plura superstes
Funera adhuc (nam perget adhuc dare plura superstes)
His luet æternum, miser, æternumque caminis.
Nec solus tamen ipse luet: Stipabit adustum
Æmula turba patrem: longamque hic ille nepotũ
Iuxta se seriem, exempli scelerisque sequacem.
Vicino infelix ardere videbit in igne.
26. Hei mihi! quæ video Herodis documenta minoris?
Ille Deum ille Deum (metus est dixisse) niuali
Succinget chlamyde, & fatuo traducit amictu;
Atque alijs, vt ament postica illudere sanna;
Auctor erit. Prohibete nouum pia sidera crimen!
Nec satis hoc fecisse nefas. Idem, ebria circum
Sigmata cùm veniet genitrice iubente puella,
Alternos factura pedes, orbare iubebit
Eximia ceruice virum, cui tempora vatem

Nul-

Nulla tulere parem. Sed vindice numinis iras
Indigus in terris pœnas dabit exul Iberis.
27. Nec Senior meliora nepos Agrippa capesset
Consilia. Ipse pari quondam altera & altera ferro
Tentabit capitum magnorum incidere colla:
Altera sed rupto subducet carcere missus
Ales, & in tuto, plebe indignante, locabit;
Altera libratæ subdentur victa securi:
Non impune tamen. Solio cum vanus ab alto
Perstrepet, & plausu populi deceptus inani,
Egressum humanæ iam se miracula linguæ
Credet: ibi, cælo fastum vlciscente, rigescet
Infuso per membra gelu; subitisque caducos
Æger, opisque carens, præbebit vermibus artus.
28. Hunc Agrippa minor; patriæ non degener heres
Indolis; hũc malè nupta soror postrema sequetur,
Opprobrio noscenda suo. Proh! quantus ab vna
Stirpe furor! Manet hos istius carceris horror,
Et generi seruata palus; quam sola pudendis
Cypria repleret vitijs Herodias omnem.
At non illa tamen sicco phlegethonta subibit
Funere; Supplicij partem prius exiget vnda,
Vnda graui glacianda gelu. Iam cerno, gelati
Lubrica quem propter transire coagula riui,
Sed propter quamcumque Venus; nusquam illa fauentes
Experietur aquas. Video; chrystalla dehiscunt:
Iam medio dirupta lacu: Iam iamque labantis
Pars submersa natat; iugulo tenus, inter acutas
Gurgitis adstricti pars subsilit altera crustas.
O meritam, ne testa pedes durata salaces
Ferret, Habet iustas, culpæ memor, alueus iras.
Talia dum pueris Iesseus explicat heros,
Desiit hiscentes tellus monstrare cauernas,
Tenariumque chaos. Placuit meliora piorum
Agmina mirari, & rebus gaudere secundis.
29. In-

29. Interea cœptum, posito languore, resumit
Exul iter, veterisque satur Iosippus Oliuæ
Ire Pharætonias (ita iusserat ales) ad vrbes,
Finitimasque parat Nili concedere ripas.
Iungitur exilij comes, & vestigia seruat
Tityrus, vt puero famulus accommodet vlnas.
Præuius aligeræ ductor loca barbara turmæ
Mitigat; insignis radiata fronte minister,
Puniceo cui picta chlamys Sidonia limbo
Ex humeris imos velabat pendula talos,
Auro texta graui, varioque opulenta lapillo:
Summa leues volucrum pennis fulgentibus alæ
Terga leuant. Alij iuxtaque supraque minores
Extorrem puerum comitantur; & omne volatu
Prætentant fugientis iter, ne bellua turbet
Occursu funesta suo; ne deuia ducant
Ad subitum incautos nemorũ diuortia præceps.
Illi etiam rupes; & saxa morantia prompta
Moliti pepulere manu, vepriumque molesta,
Asperaque cliuorum agiles, & iniqua viarum
Omnia, non iussi, dominis venientibus æquant.
30. Ipsa rosas pedibus gradientium, & lilia solers
Sparsa ministrat humus: prætexit amaracus omnẽ
Quà fuga facta, viam, & pubentia gramina plãtis
Suggerit; & casiã; & violas, & quicquid amœnum
Purpura veris habet: tantisque nec ista, nec illa
Exulibus dignanda putat; sed plura Sicanis
Pæstanisque sinu protrudere germina tentat.
Quin etiam aerio volucrum gens musica plausu
Longinquum solatur iter, placitisque canorum
Accinit hospitibus liquido de gutture carmen.
Laurigerumque nemus, statioq; vberrima palmæ,
Et procera cedrus, turrique simillima pinus
Aduentum sensere Dei; lenique comantes
Gaudia testatæ fremuerunt murmure siluæ.
31. Ficus erat, viridi prætexta crepidine; fessis
Opportuna quies, & grata sedentibus vmbra.
Nus;

Nusquam alibi ramos effusius explicat arbor
Vlla suos: imas ferit ardua vertice nubes;
Frondibus hinc atq; hinc porrectis, subter opacat
Omne solum; & fructu, domini spem vincit auari.
Hanc Pharij, vt perhibent, seuit manus inclita Regis
Exiguam; nomenque suum paruæ indidit: illo
Gaudet adhuc vno, quamuis procera, vocari.
Nulli illam agricolæ, nullæ læsere bipennes,
Et stetit imbriferos iam dudum immota fragores
Inter, & à telo vim nunquam est passa trisulco.
Huc vbi sera senex retulit vestigia, prolesque
Ætheria, extremas patulæ arboris attigit vmbras,
Intremuit procerus apex; veritusque superbum
In nubes efferre caput, flebet omne cacumen
Ocyus incuruis sese demittere ramis,
Inque sinum, inque manum felices indere fœtus.
Obstupuit visu genitrix; pronúmque ministræ
Arboris obsequium, non aspernata, recepit.
Mox placidâ contacta manû melimela sequûtur,
Illecebræ dulces, ac dulcia nectare poma:
Et quædam matura minus, cum virgine primùm
Tacta fuere manu, potuerunt mitia dici.
32. Vtque epulis exempta fames agrestibus, vltro
Restaurata leuem surrexit in aera Ficus,
Officio perfuncta suo. Sed inhospita circum
Prædia, gratuitos dum surda morantur egenis
Exulibus præstare lares; humanior arbos
Officijs certare nouis iterata laborat,
Dum solido cœpit diffissa fatiscere trunco,
Inque duos hiscente sinu discedere partes.
Prodigii species miranda. Cubilia fisso
Opportuna sibi genitrix in stipite vidit
Dædalea fabricata manu. Nusquam altera mallet
Tecta, suæ penetrale fugæ; quo tuta ferarum
Insidias, noctisque breues defenderet vmbras.

33. Vt

33. Vt primum è croceo visa est Aurora cubili
Vicinum monstrare diem,tepuitque propinqua
A phaethonteæ face lampadis aura,relinquunt
Arboris hospitium,Niliique fluenta secuti;
Ardua Pellæam procul inter mœnia turrim,
Pyramidumque alias;immensa cacumina,moles,
Et laterum mirantur opus, quod Hebræa Tyrãni
Imperio est molita manus;seruile priùs quàm
Excuteret gens pressa iugum, populoque sequẽti
Per refugam ductor sicco pede corniger vndam
Melle redundantes & nectare traderet oras.
34. Qua se cunque ferunt,vncto via plurima saxo
Visitur,& truncis obsessa crepido pudendis
Infernæ sobolis. Spectantur mille Deorum
Horribiles laruæ: Phariæ lunata Iuuencæ
Cornua,deformis cerata fronte Serapis;
Liuentesque iubæ,& squamis maculosa pauendis
Tergora Serpentum;& Crocodili turpis imago
Inter adoratas sedem sibi vindicat aras.
Seque coli rident fætentia numina Cæpæ,&
Allia,& in fatua capitata cucurbita Porro,
Non potuit monstrosa phalanx; sufferre, Tonãtis
(Quanquam infantis) iter: Sed territa numine, fractis
Corruit;icta velut vibrato fulmine,truncis.
35 Stabat in annosæ sublimi stipite palmæ
Indecori cum ventre DEVS;cui turba Canopo
Fecerat agnomen,plexasque sacrare corollas
Floribus insuerat:myrrhæque & turis odores
Supplex Nyliaca Mystes adolebat acerra.
Nam varias cum fortè grauis discordia gentes
Scinderet,ex omni quis denique plebe Deorum
Ius in cælicolas reliquos supremus haberet?
Consensu placuit litem componere tali,
In medium gens quæque suos vt adacta iuberet
Accelerare Deos;initaque lacessere pugna
Quemque suos,armis validos aut viribus,hostes.

Qui

Qui reliquos telis aut robore vinceret; ille
Perpetuos fasces, rectorque perennia primus
Cælituum in magno retineret sceptra senatu.

36. Continuò simulacra suis prola sacellis
Comportantur. Iners circumstat turba Deorum
Fictilium: querno pars nati è stipite: partem
Arte Promethea figuli genuere: liquenti
Pars animam è cera; liquido pars ora metallo;
Pars aliquo informem duxere è marmore formã.
Huc, Phrygiæ turrita Deæ simulacra Sacerdos,
Semiuir, Idæos supra deposta leones, (nis.
Vexerat: Huc Cererem gemini inter colla draco-
Trinacriæ miseræ nurus; vtramque vetusto
Ilicis è trunco. Nitido misere Mineruam
Attides argento cælatam; & fulmine torto,
Ægideque infesta metuendam; & casside toruam.
Vulnificum tellus submisit Thracia Martem;
Creta Iouem, nuptamq; Ioui Samos vda sororem;
Ex ebore hinc; illos ex auri pondere: Claudum
Mulciberum Lemnos, Latonæ pignora Delos,
Facta luto, minioque genas infecta rubenti.
Castora legarunt gemino cum fratre Lacones;
Atque alios alii, deformia numina, truncos.
Niligenæ extremi pastam Serpentibus Ibin;
Et malè plorantem Crocodilon inhospita Thebe;
Arsinoeque Canem, sistrata Diospolis Apim,
Ore alio, atq; alia sub imagine Memphis Osirim,
Syrmateque insignem postico Cercopithecon,
Coptos, & huic geminum portẽtũ extremá Syene.
Vltima monstra Pharos dedit, ænea signa, Cano-
pum,
Vasta mole Deum, Huic vteri tumuere recessus
Occulta fœti intus aqua; ceu plurimus vnda
Inflatum distendat hydrops intercute ventrem,
Obdita fallaces texere foramina ceræ;
Intempestiuus ne quà prorumperet humor
Ante diem, fiirtique dolos aperiret operti.

37. His

37. His adeo Chaldæa suum gens omnibus Ignẽ
Denique composuit: testata, potentius isti
Numen inesse Deo, cui cetera turba Deorum
Cederet, aut vanas opponeret irrita vires.
Nec mora: Chaldæum primus pugnauit ad Ignem
Iuppiter. At postquam vicino tactus ab æstu
Intepuit, sese ipse suo cum fulmine victum
Confessus, crepuit Nec Martẽ adamantinus vmbo
Eximium texit: Nec cassis ahena Mineruam.
Ambusto cecidit rursum pede Lemnius. His
Lignea flagrauit: Cineres hausere Serapin;
Arsit in igne Ceres: & flammis cessit Apollo.
Cetera quid memorem laurum monstra? Superstes
Ex omni numero iam solus in igne Canopus
Fraude laborabat Pharia. Clamoribus instant
Hinc Chaldęa manus, manus hinc Aegyptia: victo
Neutra suo passura Deo; Spes angit vtrinque.
Tunc obstructa caui quæ cera foramina ventris
Munierat, flammis resoluta voracibus, vndas
Imbre repentino Chaldæum emisit in Ignem,
Qua data porta Velut grauidas cum forte coortus
Auster agit nubes, alisque repentibus afflat,
Effundunt subitum terris sitientibus amnem
Pleiades, & valles calidis torrentibus implent.
Non secus effusis per aperta foramina lymphia
Venter iners, monstrumq; vteri deforme Canopus
Obruit admotos Chaldæi Numinis Ignes,
Extinxitque DEVM. Tepidæ iacuere fauillæ
Continuò gelidusque Ciris. Fleuere subactum
Gens Chaldæa DEVM, nullo iam Numine tuti.
38. Tollitur aduersus per Nili littora clamor,
Quantus ad inuentum tolli consueuit Osirim,
Fortius in solo sibi Numen inesse Canopo,
Quam cælum in toto possit reperire senatu.
Ergo triumphanti concordes munera trunco
Ferre iubent, & festa Deo dare rura potenti:
Illum alios præstare Deos, His artibus emptum

Ven-

Venter iners rapuit, vota inter inania. Numen;
Donec in amplexu Ieſſeæ virginis Infans
Inſcia nimborum quæſito regna petiuit
Exilio: tunc mota loco cecidere pauentis
Turmatim portenta ſtygis: claroque fragore
Diſſilijt (tonitru ſciſſis vt nubibus olim
Impatiens erumpit) humique effuſus & ipſe
Ante alios præceps; &, quamuis ærea, fregit
Colla tamen; traxitque ingenti mole ruinam;
Materies factus populis ridenda Canopus.
39. Silua iugis aderat ſublimibus horrida, longeque
Inuia ſeruabat confuſo tramite Teſqua,
Faunorum ſtatio, Lemurumque cubile vagorum.
Illic crebra ſuas legio Cocythia noctes
Exigere, & facto latè complere tumultu
Omnia conſuerat. Miſeris manare colonis
Inde metus; trepidæque excitæ pignora matres
Abdere parua ſinu, Timuit loca terra viator,
Et vigilum tremuere canes, & paſcua (quamuis
Impaſti) fugere boues, fugere volucres.
At ſimul æterno ſoboles æquæua parenti
Horrificum viſu nemus eſt ingreſſa, repulſæ
Diffugere Striges, Lamieque, Erebique, cateruæ,
Siluanique minæ, & pecoris ludibria Panes,
Capripedes Fauni, & cornigeri Satyriſci.
Inque vicem, ſubiere, Deo mittente, miniſtri
Aligeri; lateque metus pepulere priores.
40. Mox hilares verſa facie reuireſcere ſiluæ,
Ac poſito ſquallore, nouis pubeſcere terra
Floribus, & pulſis Tempe ſuccedere Teſquis.
Subſtitit hic, Comitique Senex, quid conſpicor, inquit,
Tityre? (nam tactam pleno ſibi nomine mentem.
Senſerat) & quæ ſe facies? quæque altera rerum
Fabrica in his ſiluis aperit, video omnia miris
Verſa modis. Video nemorum hæc inculta, feraci
Ple-

Plena futura solo. Plures neq. Gargara messes,
Prataque nec tulerint plures Phæacia flores.
En,habitanda,locis circũ vndique pluribus,antra
41. Huc,Pelusiaca profugus secedet ab ora,
Paullus;& hac primus sine teste senescet in aula
Lustris pæne decem. Nec ei tamen afferret vllas
Vlla culina dapes;Parcam sed amygdalus escam
Interea,& gelidam tenuis dabit alueus vndam.
Post longæ documenta famis,tum denique iussus
Gratuitam incipiet sub sera crepuscula Coruus
Apportare dapem,Cereris fragmenta subactæ ;
Dimidiata quidem,cum solus,& hospite nullo
Accumbet;peregrè sed vbi successerit hospes;
Integra conuiuis apponet liba duobus.
41. Æmulus hic alter paribus vigilabit in antris
Noctes atque dies Antonius. Hei mihi,quantas
Ille per insidias orci eluctabitur,vsque
Ad solidæ virtutis iter;video vndique septam
Monstris mille casam deformibus. Inde leones
Erectaie iubas; hinc rictum oppandere tigres;
Hinc vlulare canes; hinc cornu inflare bisontes.
Ille tamen,cinctus toto Phlegethonte, triumphat
Victor,& imbelles,tot in hostibus,exprobrat iras.
Miratur styx victa virum;queriturque, nec vni
Tartareas obstare seni potuisse phalangas.
43. Hunc alij ex alijs occulta per antra secuti
Impleuere nemus. Iam sacro carmine pernox
Silua sonat:noctemque odis cælestibus æquat
Iussa dies;iterumque diem nox æmula tentat.
Dum canit alternas Superis pia musica laudes.
Ecce,madent calidis perfusa liquoribus ora,
Quacumque aspicio,liuentque perennia fletu
Lumina,semianimesque arenti in corpore vultus,
Accitaq; fame,& quæsita torrida longa
Labra siti; validis viden'vt precordia pugnis
Tundit nuda lapis?resonant caua pectora plausu,
Adstantesque gemunt vicino à verbere rupes.

Quid, quod & armatos alij ſæuire lacertos
In ſua terga iubent? fuſoque piare cruore
Exiguas labes, nullo cogente, laborant?
Hos vigilata iuuat ſolidæ per tempora nocti;
Figere genua ſolo, ſed lumina condere cælo.
Hos iuuat aut ſetis, aut aſpro includere villo
Corpus. At his nudos iocus eſt Aquilonibus artus,
Atque iemes vltro, brumaſque laceſſere. Gaudent
Hi fixo durare gradu, dum nocte repulſa
Matutina ferant reducem dilucula Solem,
Atque iterum gaudent vigiles labentia fixo
Aſtra videre gradu; & ſtabiles, mirant bus annis,
Plurima in immota traducere luſtra columna.
Tanta tenet animum terræ faſtidia; cæli
Quando trahit melioris amor: Superiſque probari
Dum poſſint, odio fieri mortalibus optant.
Vos verò, ô cælo digniſſima pectora, numquam
Vos odio terris eritis; ſed ſi qua futuri
Mens præſaga mihi eſt, naſcens venerabitur orbis
Semper; & è veſtris eductos terra cauernis
Olim perpetua ſupplex venerabitur ara:
Vos, portenta Erebi, toties infeſta minentur
Iam licet, ante pedes veſtros abiecta, timebunt.
Vos placidæ tigres, vos exarmata leonum
Agmina, ceu dominos manſuetior agna, ſequentur
Submittentque iubas, & blando ſyrmate notos
Mulcebunt proſtrata pedes; famuloſque recondẽt,
Condere ſi verbo motuque iubebitis, vngues,
Et vacuos impune ſinent percurrere rictus.
Ceu quondam, pecoris cum paruus ouile paterni
Obſeruaret adhuc puer, & Bethlemia circùm
Paſcua carniuoris tentata videret ab vrſis,
Inque pecus ruere Aſſyrios imbelle leones,
Luſit eos, inter teneros ceu luderet Agnos.
Nempe feras etiam trahet ad ſpectacula virtus,
Et ſiluam pietas mutatam in templa videbit.

45. Finie.

45. Finierat vates, cum denique paruit ingens
Mœnibus antiquis, & turribus alta superbis
Hermopolis; Nam forte Seni monstrauerit Ales
Hanc fore postremam post longa pericula sedem.
ARNVS ibi Isacia de stirpe colonus agebat,
Largus opū in miseros. Species huic nocte sopora
Visa verenda Viri, lassa cum coniuge, notam
Implorare fidem, & socios optare penates.
Excutitur somno; ac festinus ad ostia, si quis
Hospes oberret, abit. Verū hospes ad ostia nullus;
Compita daduchis lustrat præeuntibus; hospes
Quærenti occurrit tota inter compita nullus.
Ergo domū nō sponte suas redit Arnus ad vmbras
Abruptumque vocat strata ad repetita soporem.
Nec mora; visa prius, redeunt simulacra, verendiq;
Ora senis: quem fasce rudi congesta supellex,
Malleus ex humeris, & aduncæ Lamina Serræ,
Asciaque & forceps, & ahena dolabra grauabat.
Ipse manus iterum fessa pro coniuge supplex
Tenderet visus erat; profugaque reposcere fidos
Hospitii cum prole lares. Ea cominus Arnum
Forma mouet: necdum experrectus, limina pandi
Sopito clamore iubet. Succedite tectis
Hospita turba meis. Famuli date lautia. Mensas
Ite citi: Nondū manibus data limpha? Quid hærētis
Aut vbi sunt? dixit: mediaq; in voce resoluit
Illusos formis oculos mendacibus. Et iam
Conspicit auricomi vicina crepuscula Solis;
Nec tamen vllus adhuc oculis quærentibus hospes
Sistitur. Ergo ratus ludibria noctis opacæ
Hos oculis fecisse iocos; nihil institit vltra
Quærere. Sed medio dum cæli Phœbus ab axe
Flectit anhelantes ad Metæ summa iugales,
Fortè suburbanos ibat procul Arnus in hortos,
Pluribus ardebant vbi prata rubentia gemmis,
Arboreique graui nutabant pondere fœtus.
46. Sustulit hic oculos, & recto tramite cernit

Aduentare Senem,quem visa grauare bipenis,
Malleus,& forceps,& fabri,serra,supellex.
Visa sequi coniux;& coniugis inditus vlnis
Eximius,qualem Sopor illi ostenderat,Infans.
Ergo memor: fecere fidem mea somnia certè,
Clamat;ab impacto traductam crimine noctem
Libero; veraces caruistis fraudibus vmbræ,
Iam video. Inde parat venienti occurrere pompæ
Cominus. Hic visu res insperata! repente
Ipse suum agnoscit veterem Iosippus amicum
Attonitus; pariterque senem vix viderat Arnus,
Et prior ò Superi! mihi tu fortunatissime fratrum,
Tu Iosippe mihi; Simul oscula figit; & ardens
Alter in alterius complexu mutuus hæret.
Te mihi noctis,ait,venturum ostenderat vmbra,
Tunc vani suspecta metu,nunc verior ipso
Vmbra die. Vidi subeuntem teque tuamq;
Et simul,aspectam compellat Virginem,& almũ
Virginis infantem coeuntibus inserit vlnis;
Cuius ab ambrosio radios effulgere vultu,
Omnis ignarus stupet,& miranda beatæ
Indolis ora videns,plenusque horrore verendo
Arcanum sensit puerili in corpore Numen.
47. Hic aliud monstrum miranti grandius Arno
Obijcitur. Vertumnus erat,quem postibus horti
Impositum,plebes donis placare studebat
Rustica;cum verna se tempestate renascens
Verteret,inque suum natura recurreret orbem.
Ille ibi,numquam ingens clauis affixus ahenis
Nullam è sublimi casum statione timeret,
Intremuit visu pueri;totusque pependit
Casura cum mole DEVS: dum denique ceruix
Excussit ridenda caput: cecidítque trophæo
Larua suo; & truncas infami vulnere nares,
Et mutilas inhonora manus admisit imago
Arnus,adest,Iosippe DEVS,DEVS;inquit,aperto
Proditur iudicio. Non hanc mihi vana ministrãt
Ar-

Argumenta fidem. Metuunt ſimulacra, trahitque
Præcipites formido DEOS. Negat, ecce, roganti
Grynæus reſponſa timor, ſurdiſque profanus
Se dolet in templis non poſſe litare Sacerdos,
Et memini; vates de tali oracula clade
Fudit Amoſiades; Extrema in Regna Canopi
Conſpicuum tenui venturum nube Tonantem,
Omniaque in præceps acturum Aegyptia, latè
Incuſſo Simulacra metu. Viden'iſta probatis
Iam patefacta notis? Et habet plus omnis Infans,
Cuius ab Ambroſio radios effulgere vultu
Vidi equidem, & ſenſi tacitos in pectore motus
Neſcio quos Ioſippe, DEVS DEVS indidit illos
Nunc ego te, ſuccede, precor: Nec pauperis hoſpes
Tecta fuge; & rerum quæ ſint momenta tuarum
Pande libens Arno. Simul in ſua prædia ductos,
Accipit; & cauſſas veniendi ex ordine diſcit.
Vtque metum Herodis, bimæq. cruenta iuuentæ
Funera cognouit, lacrimis perfuſus obortis
Dulcia ſeruati pueri veſtigia preſſit,
Incubuitque diu; &, nimis hoc felicia, dixit,
Hoſpite tecta; Placet totos impendere tali
Exilio cenſus; & quos Iudæas negauit,
Villa dabit dominis extorribus iſta penates.
48. Porticus omne loci ſpatium hoc quadrata coronat.
Quæ præſtare larem, & noctem defendere vobis
Tuta queat. Viden'hæc (ſimul in pomaria ducit
Interiora Senem) veterum monimenta parentum
Hæc mea parietibus depicta; His ſæpe, diurnas
Vt minuam curas, iuuat indulgere tabellis.
Tum primum aerio raptos à turbine currus,
Et bijuges oſtendit equus; bigaque receptum
Ignifera vatem, cæli qui primus inauſum
Per nubes tentarat iter, Flagrat ignibus axis,

Et tota flammatis circumdatur orbibus. Ardet
Igne iugum, temoque iugi; viuumque iugales
Ora vomunt, oculisque & anhelis naribus ignem;
Ipse sedet mediis intactus in ignibus, orbique;
(Vltima fatales metuet cum terra ruinas)
Casuro rediturus abit. Sed defluus alto
Excidit è curru, vatemque relinquit amictus;
Nec spolium Caluus domini fugientis alumnus
Negligit: hoc audax, insueto robore cogit
Attonitas Iordanis aquas discedere; sicco
Tentat in aduersas dum currere tramite ripas,
Inde alias super atque alias Instrare figuras
Circumeunt, Hic castra inter Babylonia, cinctis
Insultare vident Holofernem mœnibus: illic
Iuditam; sed qualis erat, cum fortè cubantem
Ebriaque Assyrio ructantem somnia vino,
Ausa ferire ducem, trunco generosa relicto
Portaret ferale caput. Stant mœnibus altis,
Et reducem attoniti speculantur Amazona Ciues
49. Hic Mosæa Choro soror applaudente, Pharaonem
Ridet, Erythrei demersum gurgitis vnda.
Hic trepidos Regina metus Hestera, minasque
Quas generi Abramio vafer ille ferusq; pararat,
Agagia de stirpe nepos, interrita fregit,
Inque ipsum auctoris caput, agnatamq. refudit
Damna parata domum. Iáq. a cruce pendulus alta
Ipse noua pascit volucres, neque pascitur, esca.
50. Parte alia, proris rostrata tridentibus æquor
Sulcat; & hibernas inter ratis acta procellas,
Aerias puppi nubes ferit ardua; proramque
Æquoreas eadem demersa recondit in vndas.
Tendunt pallentes in cælum brachia nautæ,
Ora que clamorem iam iam tollentia pandunt.
Stat media depicta manus densata carina,
Ionamque iratas è puppi exturbat in vndas.
Ecce autem! immanes Balæna Britannica rictus

Ponè

Ponè natans,motaque euerrens æquora cauda,
Pandit;& eiectum laxato faucis hiatu
Sorbet onus. Mora nula;putes mitescere fluctus,
Et posita feritate omnem subsidere Pontum.
At procul,aduersum picta in caligine littus
Visitur; hic vdam reiectat Bellua,longè
Brachia tendentem,& prensantem littora,prædã,
31 Iosippum species tenuit miranda, coloresque
Artemq; artificemq; probat. Sed inhæret in vna
Tityrus interea defixus imagine;quali
Lanigeras ductabat oues mentita Iacobus
Arna per,& valles,& aprica per ardua,colles,
Tum gregis amissi memor,vsque videre bidentes
Perstat,& enumerat pictum pecus omne,suoque
Comparat. Ipsa suas,dominum comitata,propinquam
Dum tabulam respectat,oues putat esse Lycisca.
Inde alia ex aliis Arnus demonstrat,&,omnem
Hanc,ait,hanc omnem,si quà placet,incole Villã.
52. Iam dudũ hospitio gauisus & hospite magno,
Sed tantam,Iosippus ait,quam largus egenis
Haud dubiam promittis,opem,non poscimus omnem.
Tecta dedisse sat est,medicoque mapale cubili,
Cetera,cum vegetæ durent in corpore vires,
Nos dabimus. Nec enim grauis est tolerata bipẽni
Vita fabro,& solitis quærenda laboribus esca.
Nec nouum erit,curare nemus,textisq; patentes,
Arcendo pecori circumdare sæpibus hortos,
Aut fluuii ripas secta prætexere pinu:
Aut validas magnis aptare biremibus alnos.
Ipsa soror sua pensa trahet,vel sedula lanam
Interea faciet;phrygia vel candida sollers
Stamina pinget acu (didicit,cum paruula templo
Clusa vacaret adhuc)nec rebus prouida deerunt
Sidera: Numen alet,cui sunt opera omnia curæ.
53. Sic fatus,sedem in tectis hortensibus optat

Extorri cum prole faber: quos Tityrus ambit
Exul,& hoſpitij poſtrema in parte relinqui;
Aetheriæ prolis ſtudio,comes additus,ardet.
Hic mihi,quid genitrix cælo longinqua paterno,
Quid peregre bis terna ſenex per frigora brumæ,
Perque alias totidem meſſes egerit Infans,
Quid tulerit, memoreſne putē narrare Camœnas
Poſſe mihi? An potius rerum miracula,Muſæ
Quicquid agant,ſe poſſe negant æquare canēdo?
Poſſe negent.Mihi ſumma tamen faſtigio cauto
Fas fuerit legiſse gradu. Tu maxima vatem
Virgo iuua;natique breues narra exulis annos.
54. Manat ab extrema nemoris pellucidus ora
Fons vitreæ fœcundus aquæ;quam vincere nullo
Sirius igne poteſt;vrat licet omnia circùm,
Ipſa tamen gelidæ præſtat ſibi frigora brumæ.
Illa cauis omnes excepta canalibus hortos,
Irrigat;illa thymum,caſiamque roſamque ſalubri
Rore fouet;Neque mox inibi ſtagnāte moratur
Pigra lacu;liquido ſed corriuata miniſtrat
Amne,per æſtiuas,large ſua munera.valles,
Imminet arbor aquis; & ſubter,opaca virenti
Spargitur vmbra ſolo.Sedē hic ſibi figere mallēt
Theſpiades;nec eas Aganippidos vlla tenerent
Murmura,ſi pōto ſemel hoc ſua fonte rigaſſent
Ora;ſuumque dehinc fugerent Sebethon,& ipſam
Desererent ſpretis cum fontibus Hippocrenen;
Sed ſuperi ſacros labris venture profanis
Turbari fontes,domino a meliore bibendos.
55. Huc ſeſe virgo Ieſseia ſæpe canata
Fontanos vrna latices hauſtura ferebat;
Sicca pium ſi quando ſenem,ſiquando remotam
Prolem à lacte,ſitis torreret. Ibi vda lauabat
Lintea ſæpe,ſui ſudore fluentia nati:.
Quod quoties faceret,ſe limpidus ipſe lauari
Credidit attactu liquor,&,puriſſima quamuis
Vnda prius,tamē inde magè,& magè pura fluebat
Iam-

Iamque ſinu prodire puer maturus, humumque
Ipſe ſuo calcare gradu: Sed ſemper inhærens
Materno lateri comes; & quacunque ferebat
Verna per aſſueti nemor s violaria caſtos
Virgo pedes, illac itidem puer æmulus ibat;
Nunc iuſſus tenero vngue pares decerpere flores
Nunc calathos onerare roſis, nunc candida ſollers
Lilia felices diſponere matris in vſus.
Tum, quacunque pedes conuerterat, ocyus illis
Tota teri cupijt pedibus cæleſtibus Hybla:
Atq; iterum, quocumque manus aduerterat, illis
Tota iterum manibus cupiere roſaria carpi.
Fortunata nimis pratorum gemina, tali
Carpta manu! Heſperidum vos nunquam prata Sororum
Sollicitent, Siculiuè inuitet gloria Campi;
Nec Corcyreos inter malitis odores
Viuere, facta oculijs irritamenta profanis,
Quam talem tantumq; mora decerpta per vnguē.
56. At puer, vt medijs aliquando vagatus in hortis
Vrticam nudo preſſit pede; tacta pepercit
Nudo vrtica pedi: ſubitoque oblita malignæ
Indolis, in plantæ melioris nobile germen
Verſa, Palæſtini ſudare opobalſama ſucci
Cœpit, odorateque affiare tepentibus auræ
Delicijs vicina Phari iuga, & omnia Nili
Littora. Miratur thymus, & redolentis amomi,
Et florum ſuperatus odos. Quiſnam ille beatas
Exhalet Zephyrus pratis cæleſtibus auras.
Nec breuis illa ſtetit mutatæ gloria plantæ,
Sed ſeruata ſua in ſobole eſt; quæ diuite ſucco
Europamque Aſiamq; omnē, Libyamq; peragrans,
Suauia fert Templis, & regibus vnguina magnis.
57. Fortè Roſas alia Violaſque in parte legebat
Abſenti genitrice puer; iam iamque rubentes
Vndique Narciſſos, & candidulos Hyacinthos
Carpſerat: hic viſu nouus, admirabile monſtrum,

Ecce frutex! Humili qui ſurgens ſtipite pandum
Deſinit in florem; folio dein' tenditur vno.
Continuus. Radijs oras ambitur acutis.
In medio lucent quinis illuſtria gemmis
Tubera; purpurea ſtillantia Tubera lympha.
Sed qua nympha ſinum calycis matura recludit,
Subrigitur (miranda fides!) procera patenti
Fixa columna ſinu; tereti de marmore qualem
Dædala conare Lyſippi dextera vellet.
Summa coronantur flexo diademate. Credas
Conſertos hærere vepres, hirtiſque minari
Armatum ſtimulis erecti tergus echini.
Eminet implexis è ſentibus ordine triplex
Clauorum ſpecies; quorum, ce vulnere trino,
Fixus in arrecta ſtabilitur mucro columna.
Prominet è folio breuiores Sariſſa: Flagellum
Capreoli formant. Sed imago ſtipitis, altam
Aſsimilat quadrata Crucem. Nuſquã altera floris
Vllius effigies oculis acceptior vlla eſt;
Nec Cilicum meſſes, Arabumq; calentia fragrant
Suauius arua. Probat mille hunc è floribus vnum,
Chara DEI ſoboles; auideque amplexa, beatis
Suggerit appreſſum millena per oſcula labris
Incluſitque ſinu: propereque oſtendere pergit
Dona reperta ſuæ, plena inter gaudia, matri.
58. Illa, nouum vt vidit fruticem procul, inſcia rerum
Palluit, & ſolitus color oris ab ore receſsit.
Mox propiore manu germen tactura, fluentes
Ex oculis ſenſit cadere admirantibus vndas.
Vtque iterum florẽ manu ab ægreſcente remouit,
Ceſſarunt manare genæ: ſimul illa reſumptum
Attigit, ad iuſſos oculi rediere liquores.
Ecquod, ait, viſis miſeræ eſt in floribus omen?
Ter contacta mihi, ter oborto planta rigauit
Imbre genas. Aliquid mihi triſte corona minaris;
Voſque aliquid claui; voſque ò diſtincta cruentis,
Stigma-

Stigmata quina notis; & vos suspecta columnæ
Marmora, vos aliquod miseræ portenditis omen.
Quicquid id est, soli fiat mihi triste, meoque
Obueniat capiti precor; at mea pignora seruet.
Dixit, & acceptam gremio suauissima prolem
Abscondit genitrix, iterumque vberrima fleuit:
Dum iussi assiduum matris sumpsere dolorem
Aligeri lenire duces: qui trista floris
Omina Niliacis è finibus, vsque remotos
Oceani fines, alioque in sole vagantes
Indorum populos, celeri rapuere volatu,
Radicesque agere, & generis semente perenni
Memnonijs plantam iussere virescere pratis.
59. Iosippum interea studium non deses alebat;
Nam varijs, vt quisque manum poscebat, amicis,
Nil senio tardante, suos spondere labores,
(Seu tecto columen deerat, seu sublica ponti,
Seu tignis aptanda trabes, pronumque ruinæ
Supposito fuerat firmandum Atlante lacunas)
Ipse libens, operamque locare artemque solebat.
Hac modicas faber arte dapes, ac pleraque rerum
Quæsijt, vt puerum tutor, puerique parato
Rebus in angustis defenderet ære parentem.
Pòst, vbi bis ternos infantia transijt annos,
Si quando veniam genitrix orata dedisset,
Optabat comes ire puer, quocunque diurnum
Incepturus opus Senior properaret: & illi,
Paruulus appensum lento de vimine corbem,
Ceu patrium discebat onus præferre: leuemque
(Assula de secto caderet cum cædua trunco)
Materiem legere; collectaque segmina paruum
In fascem glomerans, cum vespertina vocaret
Vmbra domum; tenui portare alimenta camino.
60. At genitrix, lino facili subtemina Serum
Idæa miscebat acu: Non illa profanis
Rerum illusa notis, quibus irridenda gigantum
Bellua, Semiramio Babylonia texere fueco

Nouit anus:Magno ſed erant plena omnia vero
Nam ſua naſcenti placuit primordia mundo
Pingere;cumque vagos primùm lucentibus orbes
Scintillis animaſſet acu; medijque paraſſet
Fundamenta ſoli:reliquis properabat omiſſis
Illa voluptatis nemora,& pomaria ducto
Stamine conari;quæ primi accepta parentes,
Atque amiſſa ſtatim,longis fleuere querelis.
Hic labor omnis erat.Medijs exortus in hortis
Vberis humor aquæ,Ripis argenteus altis
Quatuor aduerſos diffuſos abibat in amnes.
Vernabant viridi diſcrimine littora;veraque
Alueus cano ſimulabat flumina filo.
Multa per areolas Violis eſt purpura;multa
Formandis impenſa Roſis:flaueſcere miro
Iuſſa ſimul Crocus,& candeſcere Lilia,textu
Atque alij pallere,alij liueſcere flores.
61. Surgebat diuerſa vijs nemorenſibus Arbos,
Quæque colore ſuo. Procerior vna,virentes
Tendebat,viſu pulcherrima brachia,ramos,
Et grauidos, plus quam decumano pondere, *fœtus*;
Qualibus illuſas veri color æmulas omnes
Attraxiſſet Aues,contempta Zeuſidis vua.
Propter,Adamus erat,facili genus omne leones
Imperio,tigrideſque regens;Nondũ ille Senectæ,
Nec mortis metuens,ſed opum miranda ſuarum
Spectabat tutus viridaria;& vndique iuſſas
Accipienda feras volucreſq; ſed iura vocabat.
EVA quoque (hei, generis malè cauta nouerca futuri!)
Pingitur,vt vetito ſteterit iam proxima ramo;
Numinis vt iam iam contempta lege,nocentem
Admorit decepta manum: pomique potita
Illecebris,eadem hæc irritamenta marito
Suaſerit incauto.Non abnuit ille probatas
Infelix epulas;pomoque momordit in vno
Et

Et natos natorum,& qui naſcentur ab illis.
62. Callidus interea ſquamoſo tergore Serpens
Funereo victor damno gauiſus ouabat,
Seque ſuas,voti nimium reus,abdere furtim
In latebras,oculis ſanie liuentibus atra,
Inflatus iubas,caudæque volumina torquens,
Cœperat. Hic rerum facies inopina! Coloni
Pelluntur gemini procul,extorreſque,beatis
Sedibus: A tergo propior fugientibus inſtat
Parca,Metu comitata, Fameque Sitiq. ſequuntur
Et Labor,& Lacrimæ,& miſeris in rebus Egeſtas,
Plebs non viſa prius. Comitum miratur Adamus
Indecorem pōpam Neque ſe,modò nupta,marito
Eua recordatur tantum peperiſſe nepotūm
Vna nocte gregem. Renuunt agnoſcere prolem
Auerſi;& prohibent venientibus oſcula natis,
Occluduntq; ſinus. Sed eò maiore laceſſunt
Ambitione patrem,matrique tenacius hærent
Infeſtæ ſoboles. Clauduntur montibus horti
Denique,& obiecto munitur ſemita vallo.
63. Vltima in hortorum cuſtode venuſtior vno,
Hæſit acus,ſeque ipſa ſibi miranda fefellit.
Nam vigilem (genijs quem de cæleſtibus horto
Appoſuit genitor,ferroque armauit & igni)
Vſque laborato fulgentem veſtijt oſtro,
Inſeruit geminos oculis Adamantas apertis;
Et rutila paſſos diſtinxit Iaſpide crines;
Puniceo,chlamydem de murice pinxit;& Auro
Inſignes humeris ſublimibus addidit alas.
Sic media cæli volucrem ſuſpendit in aura,
Fulmineum dextra gladium,læuaque rotantem,
Cingentemque metu nemus inſuperabile. Credas
(Lenibus afflentur Zephyris vbi lintea) Ephebum
Viuere;ſublimemque mouente per aera pluma
Alternare humeros,& aues æquare volatu.
Illi autem excluſi vicina in valle,negatas
Lamentantur opes,lacrimiſq; cadentibus optant

Perdita felicis remeare ad gaudia ruris
64. Hæc Phrygia cōplexa parens erat omnia tela,
Munus vti meritæ leue discessura Melussæ
Linqueret, hospitij memor. Hanc pleramque Melussa
Materiem dederat locuples, Conchilia largè
Argentumque aurumq; operi, gemmamq; situro,
Addidit illa manus, artemque; vt iudice Nilo.
Materiem superarit opus; memorabile textum
65. Sexta Parætonijs iam duca in finibus æstas
Cesserat, & glacies horrebat septima brumæ;
Fabrili cum forte redux à mole reuersus
Membra soporifero Senior dedit ægra grabato;
Vtque facem tacitæ pallentem Cynthia nocti
Luxerat, ecce iubar subit in penetrale, locumque
Angustat radijs, volucer succedit Ephebus
Insignis facie, & niueis pulcherrimus alis;
Non qualis (memini) cum quondam nocte sopora
Tristior, & vultu clausum prodente timorem,
Maturare fugam, & maturare Sionia Regno
Iusserat exilio; sed fronte serenus amœna
Et placido (quali lætantur sidera) vultu.
66. Quid Pelusiaca, Iosippe, senescis in ora
Hospes? ait; terræque iaces oblitus auitæ
Tamdiu? An ignota sepeliri quæris arena?
Nec dulces patriæ est tibi cura reuisere fines?
Ille, sibi in somnis adstantem agnoscere visus,
Excipit. ô, segnes, iuuenum pulcherrime, cessa
Exprobrare moras. Dudum non sponte moramur:
Sed sumus imperijs huc immortalibus acti.
Ante redire nefas, quam nos iterata reuerti
Iussa velint. Durant Herode superstite curæ.
Hæc gemitu comitante Senex: Hæc illicet alter;
Parce metu, Iosippe; dedit, dedit improba pænas
Crudeli cum Rege manus. Consumpta furentis
Sæuities Herodis, & implacabile ferrum
Extincto didicit clade nescire tiranno.

Sur-

Surge,age,rumpem oras,patriosq; reuise penates
Omnia tuta vides. Ita fatus ad alta recessit
Stellati conuexa poli. Iosippus euntem
Iam vigil,& pennis ventorum aduersa secantem
Obtutu insequitur: quali Gortynia, quando
Arcubus excusso sonuerunt spicula neruo,
Euolat,& visus festina relinquit arundo,
Aut quoties fera vigilans de nocte, cadentes
Præcipiti stellas ferri videt impete Pastor;
Effugiunt oculos properatis motibus ignes.
67. Ergo sub Auroræ matura crepuscula,fido
Pandere consilium (nec enim benefacta sinebant
Ignaro tentare fugam) faber occupat Arno:
Et lacrimans; quas,Arne,tibi me dicere grates
Par erit? Extorres, ait, & rerum omnium egentes
Accipis hospitio, meritisque ingentibus ornas;
Et victu rebusque iuuas; & plura profuso
Non cessas offerre sinu. Nunquam vlla (fatebor)
Teque tuumque mihi tollent obliuia nomen,
Donec erunt Nili pharijs in finibus vndæ,
Et Solymæ stabunt immoto vertice turres.
At geminos cæli genitor qui temperat axes,
Is larga tibi dona manu(si quid mea possunt
Vota precesque)dabit. Sic fatus,in oscula gestit
Ire Senex: Lacrimans abeunti restit Arnus,
Et, per si qua tibi mea non inuisa putasti
Hospitia,oro,breues(adeò si patria cordi est,
Et iubet Hermopoli manifestũ abscedere Numen)
Adde moras,vnamque diem,nõ magna rogamus,
Indulge,ac nostri hanc mollior adijce votis:
Supremum vt liceat meliora per otia Salue
Et puero IESV, atque abituræ dicere Matri.
Quid properas? sunt multa mihi, sunt multa Me;
Iussæ
Antè paranda meæ. Pariterque obnixius inhæret
Multa recusanti nequicquam,& fortior obstat.
68. Ipsa etiam studio interea, non impare coniux

In puero,& pueri retinenda in matre laborat.
Obtinuere pares. Solidas ita dulcibus horas
Officijs vtrinque trahunt. Hic virgo Melussæ
Arte laboratum depromit sedula velum,
Hospitis & gratæ monimenta perennia telæ.
Attoniti mirantur opus mentemque tuendo
Expleri nequeunt. Neque se velamina rentur
Cernere texta manu; sed floribus omnia viuis,
Et violis circum,& verò pubescere vere.
Euaque picta,oculis poterat viua Eua videri:
Hoc nisi discrimen foret,hanc Euam inter,& illã;
Viua loquebatur,sed acu depicta tacebat.
69 Ergo Melussa datis inhiat dũ plurima donis,
Et mensas infert epulasque nouissima Magnis
Lautia conuiuis; vltroque citroque supremis
Obsequis certare iuuat: Vulgata per omnes
Fama volat,Solymis excita è sedibus, vrbes,
Fusus idumæi memorans infame tyranni,
Et procerum stragem, rabies ques vltima tractos
Iungere Lethæas comites sibi iussit ad vndas.
Quis mihi Pieridum dabit hæc ad crimina fontes
Expedienda nouos? Dudũ labra sicca queruntur,
Castalium,crescente siti,vanescere rorem.
Persequar,Herodisque extrema in clade quiescã.
70.Iam cruor insontum,cedesq; immanis,ad aulæ
Sidereæ Regem penetrauerat; & cunctantem
Numinis excierat validis clamoribus iram.
Cum Pater omnipotens pallentes euocat Orco
Ingenti morborum acie comitante, Sorores:
Emeritamque iubet subitis vrgere senectam
Febribus,& lento Herodem turbare veneno.
Vix ea mandarat; iamque intestina Tyranni
Obsedere Febres: & noxia viscera vastat
Arcano nouus igne calor; Suffocat anhelum
Pectus hydrops,& peste pedes insedit aquosa.
Contracti torpent ignauo frigore nerui;
Et diffusa cutim maculis lentigo pudendis

In

Induit: erumpunt cognato ex vlcere vermes:
Infamat thalamum manans è corpore foedo
Nautea, & adstantes efflata Machaonas arcet.
Ipſe dapum æterna, numquam ſatur, ardet orexi,
Atque epulis inhians, epulas vaneſcere ſentit,
Iam ſibimet verus (fuerit cum fabula quondam)
Tantalus, in refuga magis ac magis irritus eſca.
75. Talia dum meritus venis incendia nutrit
Omnibus, inque imis graſſatur flamma medullis
Reſpirant vacui longa formidine ciues,
Et moriente audent iuga detrectare Tyranno.
Ergo alij primo moliri è limi ne Templi
Aurea maturant Aquilæ ſimulacra profanæ,
Et raptare ſolo: quæ ſpreta lege paterni
Numinis Herodes deſertor in Æde locarat.
Id facinus tentare cohors diſcrimine certo
Auſa, quater deni iuuenes, natalibus omnes
Conſpicui magnis, vindexque Tyrannidis agmen:
72. Aſt alij feſto complexi Regia plauſu
Funera (nam mendax vulgarat funera rumor)
Immatura ruunt in gaudia, Denique natu
Maximus Antipater, qui carcere cõditus arcto
Irrita miſcuerat fenſuro toxica patri;
Iam Regni faſces laxato carcere, vanus
Somniat, & vino præceps de patre triumphat.
Senſit inane pater ſtudium; &, quanquam ægra moratur
Membra lues, animaque inuito in corpore, ſolis
Artibus hærentem retinet calor, igneus, iræ
Relliquias in morte vocat; vireſque nocendi
Omnibus explorat membrorũ in partibus omnes.
Sed pedibus vis nulla ſuper, vis nulla lacertis;
Et cecidere manus, effæto robore: Sola
Lingua ſuas tenuit; nondum omnis mortua, vires.
Hac vlciſcar, ait. Qualis, cum forte reperti
Cærula Serpentis calcauit terga viator,
Eliſitque iubas, & colla tumentia preſſit;

Seruat adhuc iras coluber,iamque omnia victus,
Ore minatur adhuc,& linguæ cuſpide pugnat.
Aut,vbi Cecropio cum fucis innuba prato
Depugnauit Apis,quam plaga infeſta reliquit
Seminecem;iacet illa quidem;Sed ſæua nocere
Poſtica molitur acu,necdum abſtinet hamo.
73. Haud ſecus Herodes.Lingua moriēte,cremari
Raptores Aquilæ,viuis iubet ignibus. Illi
Lecta manus iuuenum,ſimul omnes,fortia bello
Pectora,ducuntur,palmas poſt terga reuincti;
Conſtrictique pedes,generoſaq. corpora nudi,
Stridentes (viſu horrendum) ſparguntur in ignes,
Conſtanteſque alijs ſoli opplorantibus,ardent.
Gratior Herodi de nulla turis acerra
Nidor iit: placuit cum tali victima flamma.
74. Sed nondū hic animi ſtetit implacabilis ira;
Nam cognata manu rimari viſcera dudum
Suetos in Antipatri poſtremum ſanguine palmam
Quæſiit:vt reliquis natorum hunc adderet vmbris:
I,ferrum cape miles,ait,ſtolidaſque cruenta
Spes incide manu. Patri ſuccedere functo
Geſtijt infelix:Viuum præcedere diſcat
Morte patrē,& ſtygiis ventorum nūtiet vmbris.
Carceris extemplo decurrit ad antra ſatelles,
Lictorum comitante globo. Hic vixiſſe parentem
Iam ratus Antipater,procul ingredientibus vltro,
Tandem ò,ſceptra mihi, & capiti diademata tādē
Fertis,ait,ſegnes?dudum mihi debita cani
Iura patris:Nemo rapiet de fratribus heres.
Tollite vincla citi,voto vt conceſsa capeſſam
Regna meo. Dixit:mediaque in voce,loquelam
(Ferrea ſenſit enim vibrari tela) reliquit
Pallidus,& lacrimis incaſſum fata moratus,
Auerſo ferrum iugulo ferale recepit.
Mox vbi truncata caput a ceruice reſectum,
Oraque luminaque triſti pallentia morte
Monſtrauere patri,cubito languente,renidens

Erigitur,gaudetque ferox,inhiatq; cupitos
Æger in aspectus;& vindice pascitur ira:
75. Iam satur;& cubito cedente,relapsus in altī
Plumea farta tori;proceres iubet omnibus omnes
Vsque accire locis,vacuoque includere circo
Ignaros. Hæc deinde parat mandata sorori
Vltima. Consilijs soror ô fidissima nostris,
Tuq;,meæ semper mihi conscie mentis Alexa,
Si bene quid merui de vestrum vtroq; senisq;
Restat amor domini,& morituri gratia fratris,
Extremis date rebus opem; pactaque rogati
Herodem,seruate fide:& seruare potestis.
76.Cernitis immemores animos,atq; inscia flecti
Pectora,nullorum meritis obnoxia Regum,
Vt viuo insultent iam nunc,& funera votis
Anteuolēs? Longa est auidis,quam viuimus hora;
Quos animos genti post funere nostra futuros
Creditis? in plausus certatim,& festa soluti
Gaudia,complebunt hilarem clamoribus vrbem.
Nos humilis sine luce rogus,lessoque carentes
Exequiæ,& luctus expers Libitina manebunt.
At vos,& lacrimas,& singultantia certè
Pectora de scopulis mihi suppeditabitis illis,
Inuitamque meo lugere iubebitis vrbem
Funere;vt exequiis,quantis gens altera nullum
Extulerat Regem,Herodem suus efferat hostis.
77. Ter centum proceres Hebræa stirpe creatos
Amphiteatra tenent,veluti cum indagine cinctos
Cornibus insignes obuallant retia ceruos:
Hos,simul extremus me liquarit halitus, omnes
Continuo iaculis,& acuti grandine ferri
Obruite audaces,& pectora figite contis
Inferiasque mihi defuncto mittite. Si quis
Sensus apud manes erit,& Phlegethontē sub imo
Iste meas feriet non falsò nuntius aures,
Lethæis sorbere merum mihi nectar in vndis
Ambrosiasque dapes,cælo indignante videbor.

78. Hæc mihi summa precum, & ratio suprema mearum est:
Vos vestra firmate fide, si pectora nondum
Vestra reliquit amor; nec dum, moriturus, vtrique
Excidit Herodes. Quamquã horruit impia Regis
Pacta Soror, iustúmque nefas turbata refugit,
Expugnata tamen precibus constantia cessit:
Et porrecta fidem pepigit manus. Illicet armis
Obsessas munire fores, & cingere ferro
Amphitheatralem festinat miles arenam,
Mille dato in proceres missurus spicula signo.
79. Sed Pater omnipotens, certis moderatus habenis
Omnia, dum Solymi vigilans mandata Tyranni
Despicit, Alipedem iubet accelerare ministrum,
Qui laxere vetet neruos stridentibus arcus;
Intentasque manus, & sæua moretur Alexæ
Pacta; nec iratam sinat insanire sororem.
Ipse sua rapidum candenti è sulfure telum
Molitur dextra; claraque è nube trisulcum
In ferale caput, valido rotat impete fulmen.
Non tamen illum aer, non audijt vnda fragorem
Fulminis, & tonitru tremuerunt culmina nullo.
Sed tacitæ cecidere faces: flammæque cadentis
Conscius Herodes, nullo hausit teste vaporem.
Viscera confestim vnasque iacentis, & artus,
Ossaque, & infusas durata per ossa medullas
Flamma vorauit edax, & noxia pectora rupit.
80. Ille diu obluctans, oculisque immane retortis
Multa gemens, stygias è corpore fugit in vndas.

Finis Libri Tertij.

SYNOPSIS

LIBRI PRIMI.

1.2. OPERIS propositio: Magorum dona: fuga.
3.4.5 Herodis ira. Briareus gigas.
6. Naturæ horror: Sceleris detestatio.
7.8.9. Iosephus, de clade futura monitus fugit.
10.11.12.13. Tityrus Iosephum assequitur: Clades visas renarrat. Ad cædem cum socijs quæritur.
14.16. Militum furor.
15.17. Vates obtruncatur. Nimborum tempestas.
18. Hippolithus inter sua crepundia oppressus.
19. Solomon perimitur. Matris somnium.
20. Philomelæ ac pullorum certamen Musicum.
21.22.24.25. Halys & Glycon occiduntur.
23. Iephthidis virginis historia.
26. Faustina, cum prole, traijcitur.
27.28.29.30. Helissus deprehenditur, occiditur.
31. Theron & Telon gemelli.
32 33. Promiscuæ liberorum, & matrum cædes.
34. Pelecan se ipse vulnerat.
35. Phœdimus cum Matre configitur.
36. Samson, Samuel, Nestor, obtruncantur.
37.38. Helorus transformatus, à sorore proditur.
39. Basilus ferro confoditur.
40. Abraamus cum Isaaco depictus Remora.
41.42. Pantagathus, & Iobus obtruncantur,
33 34. Elysæ omina de Hyla & Hæmo.
45. Milites in lupi & tigridis habitu.
46.47.48.49. Hylas cũ Matre & Hęmo occiditur.
50. Naturæ deliberatio de vindicta sumenda.

1.2.3.4.5.6.7. Herodes somnio perturbatus: decipitur. Editis ludis, suos remuneratur.
8.9.10.11. Remus & Eryx ad feras damnati: Laniantur.
12.13. Acarnan & Atlas, Præmijs donantur.
14.22. Studium matrum, & labor in exequijs.
15.16. Mangora filium reperit ambustum: Barbara suffocatum.
16. Sabella filium veneno sopit.
18.19.20.21. Paridis exequiæ. Matris luctus.
23. Herodis nouæ furiæ.
24.25.26 27.28.29. Polites infans, ab Herode patre occiditur: [Iussu certè patris occisum esse aliquem eius filium inter ceteros Innocentes, tradit Marob. 2. Sat 4. quem diuersum esse ab Alexandro, Aristobolo, Antipatro (quos itidem pater, alio tempore occidit) ostendunt Serrar. c. 21. Baron. ann. 1. Philo. lib. de temp.]
30.31. Reginæ somnium & luctus de Polite occiso [Quæ infantis Mater hæc fuerit, compertum non est; cùm Herodes decem vxores duxerit, vel vult Serrar. in Herod. 18. Aut certe nouem, vt Ioseph Gorion. 5. c. 32.
32.33. Herodiani parricidij fama, & detestatio.
34 35. Simeon ad necem quæritur. [Epiphan. de vit. proph. cap. 24.
36 37. Ioannes Baptista in siluam à Matre exportatur: in speluncа alitur. [Niceph. 1. hist. 14. Cedren. compend. hist. Franc. Suar. 3. par. to. 2. dist. 23. sect. 3. Pratum Spirit. cap. 1. Beda de locis Sanct. cap. 13].
38. Elisabetha moritur [Niceph. Cedren. Suar. Baron. cit. qui vult mortuam fuisse quadragesimo

mo die post fugam.]

39. Ismaelis pueri historia.

40.41.42.43.44 45.Ioannis vita:colloquium cum Angelo.

46.Zacharias occiditur [Tertull.Scorp.c.8.Cyril. Alex. contra Anthromorph. Petrus Alex. in Reg Eccles can 3. Baron. ann. 1. Tametsi Hieronymus Apocryphum putet]

47.48.Dauidis,& Solomonis lapsus.

49.50.Angelus Ioanni vaticinatur,de eius cæde.

LIBRI TERTII.

1.& 10. INnocentulorum animæ,in Elysijs Campis.Adamus ibi & Abelus.

2.3.Noemus,narrat diluuij cladem.

4.Hæmus recenset compendium cladis suæ.

5.6.7.8.9.11.Isaias, serra diuisus Hieremias lapidibus obrutus.Machabæi ab Antiocho occisi.Iosephus venditus.

12.13.14.15.16. Locus inferorum monstratur: & ibi supplicium Pentapolitarum, Gulosorum,Superborum,Auarorum,&c.

17.18. Supplicium vtriusque Pharaonis.

19.20. Supplicium Saulis & Goliathi.

21.22.23.24. Supplicium Babyloniorum;

25.26. Supplicium vtriusque Herodis: Item Herodiadis, [de cuius morte Nicephor.1. hist. 20.Baron.ann 33.]

27. Supplicium Agrippæ maioris [qui Aristobuli filius,Herodis nepos;Petrum in Vinculis habuit;Iacobum occidit;vide Ioseph.Baron.ann.44.& 46.]

28. Supplicium Agrippæ minoris; [qui filius maioris:pronepos Herodis:Berenices frater.Baron. ann.46 Serrar in Herod c.20.Ioseph. 19.cap.vlt.& lib,20 cap.1.]

29.30. Iosephi vlterior profectio in Ægyptum : Comitatur Tityrus; ducit Angelus, Gestit natura.

31.32. Ficus Pharaonis prope Hermopolim, [vide Sozom. 5. hist. 20. Niceph. 10. c. 31. Baro. an. 1.] Media dissilit in formam Sacelli. [Hodieque ostentum hoc videri tradit Radiuilius in Peregr. epist. 3. mense Augusto, estque in veneratione, & appensa lāpade colitur.]

33. Pyramides Memphiticæ.

34. Simulacra deorum collapsa. [Tradit Eusebius de demonst. lib. 6. c. 20. Athanas. de Incarn. Or. g. hom. 3. diuers. Baron an. 1.]

35.36 37.38. Canopi simulacrum collapsum; eiusque fabula.

39 40.41.42 43.44. Silua Thebaidos, in templum conuersa.

45.46. Hermopoli Arnus somniat; & Iosepho occurrit: hospitium offert.

47. Vertumni simulacrum collabitur.

48.49.50.51. In porticu Arni, variæ picturæ sacræ. Elias, Iudith a. Maria Mosys soror: Hestera Ionas. Iacobi pascua.

52.53.54.55. Fons à B. V. nobilitatus. [Vide Burcard. p. 2. c. 4. Radiui. cit. ep. 3. Baron. an. 1. Busbeq. de legatione Turcica ep. 4. qui aiunt, villam hodieque Natarean vocari]

56. Hortus Natarensis balsami ferax. [Vide Bar. 133. Burcard. Busbeque Radiuil. loc. cit.]

57. Flos Indicus Granadillæ. [De quo vide Gretser. in 3. tom. Crucis]

58. B. Virginis omen ex flore.

59. Iosephi studium in Aegypto.

60,61 62.63.64. Velum à B. V. expictum: In quo Paradisus terrestris. [Licuisse Iudæis habere imagines, (etsi aliqui negent) docet Suar 3. p. to. 1. dist. 54. sect. 1. & 2. vide Bar. tom. 1. de

Sy-

Syrophænissa .137. & seq.]
65.66.67.68. Iosephus de reditu admonetur. Eale, dieunt Arno & Melnssæ.
69.70. Nuntiatur Hermopoli mors Herodis. [De qua Ioseph 17.c.8. Bar tom. 1.an.8.]
71.73. Ciues aquilam auream, ab Herode dedicatam deripiunt: ideo exoruntur. [Ioseph. & Baron. cit.
72.74. Antipater Herodis filius, quinto ante obitum die, obtruncatur. [Ioseph. cit. c.9. Bar. Serar c.21. Quare Herodes quatuor omnino filios interemit. Hunc, & Politen, Alexandrum, & Aristobulum.]
75.76.77.78. Ciues in Circo iubentur occidi.
79.80. Herodes miserè emoritur.

LAVS DEO.

P. IACOBI BIDERMANI

E Societate IESV

SILVVLÆ

HENDECASYLLABORVM.



VENETIIS, M. DC. LXVIII.

Apud Paulum Balleonium.

Superiorum permissu, & Priuilegio.



SILVVLARVM LIBER PRIMVS.

I.

TVSCVLANVM, siue Amœnitas vernans.

I.



Và de collibus viridis superbam
Spectant TELEGONI vireta Romam,
Hic omnes ego GRATIAS perennem
Cum musis puto collocasse sedem.
Non illis plaga præferatur illa,
Quæ Permesside temperatur vnda:
Non Cyrrhæ iuga, non gemella sese
Tentent Culmina comparare Nysæ.
Et Campania possit ipsa victas
Horum deliciis putare Baias.

II.

O Tempe mera! Quis lares in istic
Non optet sibi collibus! Sapisti,
Lucullo præeunte, quisqu s isto
Quæsisti tibi prædium in vireto.
Et tu maxime Romuli nepotum,
Quot sunt, quòtque fuere, tu Sapisti,
Qui villæ celebrata Tusculanæ
Septenis iuga montibus Quirini,
Villisque omnibus, omnibúsque cliuis,
Roma vix patiente, prætulisti.

III.

Hic cæli facies, ſerena nullis
Turbat nubibus ora; Sirioſque
Blando frigore temperat calores.
Hic regnant Zephyri, iubèntque ſæuas
Ventorum (licet Æolus repugnet)
Totis cedere finibus procellas.
Hic ver aſſiduos virente pingit
Et florum, & fruticum colores campos:
Et protum Bromius pluente ſemper
Autumnum videt ebriùmque prælo.

IV.

Phæacum nemus erubeſcit; & ſe
Victum iudice confitetur orbe.
Cedunt æmula, reſpuùntque famam
Maiorem, biferi Roſeta Pæſti.
Et vernam iub et Hybla delicatæ
Longè cedere gloriam Triquetræ.
Quin ipſa aurea poma, fabuloſo
Seruantur malè tuta quæ Dracone,
Spernunt Heſperides, nemùſque nota
Felix arbore, deſerunt Sorores.

V.

Nam qualis nemorùmque frondiùmque
Illic ſpargitur vmbra? pèrque laurus
Quanto murmure ludit aura? perque
Proceras fragor ambulat cupreſſos?
Vix lucos mihi diuites, & hortos,
Et myrto tenera, breuìque buxo
Prætextas vacat areas, toròſque
Confertis numerare cum roſetis:
Sed pomis ibi pendulis grauatos
Mirari iuuat hinc & inde ramos.

VI.

Vix Pomona capit tot ipsa totis
Campi delicias sui canistris.
Hic Afri tuberes; & aduenarum
Prunorum genus:hic amygdalorum.
Hic ex Armeniis petita pratis
Miro poma sapore blandiuntur.
Hic de Perside noxia, paterni
Mala immunia prodeunt veneni.
Illic Appia Claudiis; & illic
Contendunt Amerina cum Volemis.

VII.

Quid ficus ego iam, quid appetita
Infanti melimela? quid trecentas
Et mali memorem, pyrique formas?
Hic miscentur Apyrinis Oliuæ,
Hic lanugine cum Cydoniorum,
Flagrat Citria turba: Puniciſque
Stat vicinia purpurata granis.
Circùm. Meſpila,Sorba,Mora,Baccæ,
Plebeium genus: alteræque mille,
Et frugum.& fruticum,arborùmque formæ.

VIII.

Mox vites(patrimonium Lyæi
Immenſum)modò penſiles ab vlmis
Occurrunt, modò ridicis ligatæ,
Plenæ verſicoloribus racemis,
His liuentibus, his rubore pictis,
His fuſca latitantibus ſub vmbra.
Quas cùm videris æſtimator vuas,
Illis tu neque Lesbias, nec agro,
In Chio genitas, nec in Caleno
Poſſis viribus anteferre vites.

IX.

His in collibus, inque Tusculani
Formoso meditullij vmbilico
En, rerum dominis, & togata Martis
Gradiui soboles, Patrêsque sacro
Clari murice; quanta cum superbis
Omnes atria moliantur aulis?
Passim cernere te putes tot vrbes,
Quot cernis iugo in vnico penates.
Vasta mole solum premunt, & altas
Terrent culmina celsiora nubes.

X.

Illo à vertice, cernis, vt relucent
Insignes genio Draconis arces?
Lydas intus opes, & eruditis
Quicquid vel color artifex tabellis,
Vel cæli labor Attici futuris
Mirandum Statuariis reliquit:
Vel Cimelia sumptuosa raris
In Regum penetralibus recondunt;
Vel toto quod in Orbe habetur, vna
Id monstrat placidi Draconis aula.

XI.

Hanc arcem, tumulo è minore maior
Spectat Regia: cui Neroniana,
(Quamuis aurea, siderùmque certos
Æquis passibus æmulata cursus)
Vel primas daret aula, vel secundas.
Hac triplex via, tonsili cupresso
Prætextas aperitur inter vmbras,
Et scenæ seriem explicat virentis:
Quam spectans procul, arbitrere, pictis
Trinos surgere parietes tapetis.

Tum

XII.

Tum porro riguas videbis vndas
Omni ludere parte; quas rotatus
Per Montis iuga Tusculana, fracto
Cogit murmure commeare riuis,
Donec per tacitas subinde rimas,
Arcanis tubulisque fistulisque
Absorptus liquor; abdito parentis
E terræ iubeat sinu renatas
Magno fænore, & hinc, & hinc, & illinc
Centum faucibus exsilire lymphas.

XIII.

O miracula fontium! quot artes!
Quot lusus temerè iocantis vndæ?
Non illos Thetis ipsa, Tethyósque
Quotquot sunt, fuerúntque, eruntque Neptes
Omnes omnibus æmulentur vndis.
Hàc, ima (viden?) imber è cauerna
Quanto se leuet impetu? grauique
Sub terræ impatiens sinu Typhœus
Quantis faucibus hiscat, vt refusas
In cælum iaculetur vsque lymphas?

XIV.

Erumpit fragor improbus. Minori
Titanas Superis, & arma ruptis
Instaurare putes resumpta vinclis;
Iussósque Æolia furente circùm
Ventos stridere, murmurare nubes
Et rupes tremere; & crepare cautes;
Et cælum fremere & tumultuosus
Mixta grandine prouocare nimbos,
Et contundere turbines, deiectis
Iam iam fulmina parturire flammis.

XV.

Ille autem, validos anhelus aſtris
Qui labentibus admouet lacertos.
Cæli baiulus, vt recuruus ampla
Subiectos humeros fatigat vrna?
Suprà ſidereus fatiſcit Orbis.
Et centum pluit imbribus. Sed infrà
Durus durat Atlas, & vſque ſudat,
Dum centum madet imbribus: Nec illi
Vſquam eſt Spongia, quà ſibi fluentem
Vultu tergeat humido liquorem.

XVI.

Quà verò teretem locus repandi
In formam ſinuatus eſt theatri,
Hic in marmore ruſtico monaules
Cyclops accubat, obſtrepente lympha.
Luditque & digitis rudem perrerat
Cantor grandibus obſonus cicutam.
Hac ſeſe probat arte; & inſecutas
Mulcet carmine barbaro bidentes.
Auſcultat Galatea; nec marinæ
Raucum audent melos improbare nymphæ.

XVII.

Sed nec pars Caueæ ſiniſtra nullos
Fontana facit accinente ludos.
Nam Chiron ibi ſaxeus, bimembri
Monſtrum ſubiicit obuium figura.
Huic vocalibus incitata lymphas
Mugit buccina: qua ſonare totum
Venatu ſolet Algidum; ſuiſque
Dum ſiluis homo quadrupes, & vndis
Suſpenſa imminet vngula, canoro
Exterret Dryadas, feraſque cornu.

Haud

XVIII.

Haud longè, patula natante concha,
Ludunt Naiades;& maris peritæ
Nec flutus metuunt suos, nec imbres;
Sed letæ gelido aluei lauacro,
Tendunt insidias; & aduenarum
Stantem cominus hospitùmque, ludo
Dum securi inhiant, repente totam
Nimbis grandibus obruunt coronam,
Rident Naiades iterim: inque vasto,
HOC, clamatur, HABENT, HABENT, theatro.

XIX.

At circo in medio, iubatus vngues
Aduersum Leo figit in Leonem,
Stringit bellua belluam, furènsque
Tergum vulnere mutuo cruentat,
Quæ dum prælia curiosus hospes
Explorat propior, probàtque pugnæ
Mirandæ speciem; repente bellum
Pacto fœdere belluæ remittunt:
Et versæ vtràque in hospitem, refusis
Vltricem glomerant aquam procellis.

XX.

Hic frustra refugus parabis vdæ
Spectator pluuiam cauere luctæ:
Sudabis madibus, velut Pelasga
Exires pugil vnctus è palæstra.
Ridebunt Socij, & metum exprobrabunt
Effusis tibi Panicum cachinnis,
Qui saxum fugias, meràsque pictæ.
Formides pauidis minas leænæ.
Vix tantùm rediens meridiana,
Venator maduisset ex Arena.

XXI.

Vos verò (nec enim filebo) mille
Instructæ latebris, dolisque mille,
Vos, scalæ memorabiles, quis hospes
Tam cauto pede callidoque, vestros
Speret posse gradus, & illa cæci
Tot discrimina tramitis, tot astus,
Totque euadere lubricos meatus
Quin aspergine, terquaterq; & vltra
Lustratus madeat: suasque fusis
Miretur fluere imbribus lacernas?

XXII.

Fallaces, malè subdolique calles,
Nulli impunè meabiles! Sinistra
Ac dextera feriunt; supraque & infrà;
Et retrò insidias locant, & antè,
Æquè & cominus eminùsque sæui,
Omni parte nocent: nec impeditis
Placati pedibus, nec incitatis:
Occurrunt subeuntibus, sequuntur
A tergo refugos: & hos, & illos
Eludunt subitæ, ac morantur, vndæ.

XXIII.

Et vos, quæ geminum arduis Columnæ
Miscetis propè nubibus cacumen,
Vos, quæ vertice prodigo iocosos
Altum cogitis exsilire fontes,
Et vertigine lubrica rotatos
Mæandri in speciem meare riuos,
Quos vos nomine vultis vt salutem?
Ad Gades ego si vltimas viderem
Vos consistere, dicerem gemellas
Æquis laudibus, Herculis Columnas.

XXIV.

Si tædas ibi fumidas, & vmbris
Circumstantibus intueret ignes;
Auderem Pharias vocare Turres;
Sin Campos ibi Martios; vocandam
Hanc, Traianæ, tuæ, hanc tuæ putarem
Antonine, ego Cochleam Columnæ.
Nunc, rorem quia diuitem, latentes.
Per venas prope mille; perque rimas
Sudatis mihi mille; quà licebit,
SVDANTES ego vos vocabo METAS.

XXV.

Quas porro laris intimi recessu
Quas spectamus opes? Cubili ab vno
Totam d sce domum, domum elegantem
Et cultam, Superi? Editur biuertex
Clementi tumulo iugum; quod ima
Dum præpes ferit vngula caballus,
Exultant latices, ruuntque cæcos
Non cæco tamen impetu in Canales;
Et quaquà insinuantur, erudito
Rupem implent Heliconiam susurro.

XVI.

Circumfunditur agminis canori
Ter ternus chorus: Ipse tam modesto
Phœbus Pierias sedere vultu
Nunquam viderat antea sorores,
Lætentur licet, incinantque multa
Armatæ c tharaque tibiaque,
Et testudine tinnula, nouenæ
Spirantes anima latente, Musæ.
At Pæan sedet arbiter, iocante
Tractans barbita temperansque plectro.

XXVII.

O mendacia, pulcriora veris?
Quis saxis regit artifex in illis
Tot sensus animasque? Quis deserta
Muris ora tot indidit figuris?
Lymphis, ecce, docentibus, iocantur
Et cantant fera saxa! Quis magistris
Hoc esse ingenium putasset vndis?
Vates Thracia mouerit canendo
Quondam marmora; Tusculana possent
Ipsum marmora nunc mouere Vatem.

XXVIII.

Longum sit modò prosequi colores
Et pictas ibi fabulis tabellas.
Hic Pythona suis ferit sagittis,
Et morti litat hostiam, insolentes
Hic arcu domat arduo Gigantes;
Hic victum cute Marsyam renudat;
Hic Graias peritura per carinas
Fundat Mœnia Phœbus; inde mille
Et mille altera. Diceres in ipsis
Verum viuere Pythium figuris.

XXIX.

Quò iam, quò remeare delicati
Me postliminio iubetis Horti?
Iam pomaria vestra, iam roseta,
Et Xystos ego & ambulationes,
(Et quæ non ego vestra?) curioso
Dispexi prior attigique vultu:
Succumbunt oculi, dolentque fessos
Ad miracula tot labare sensus
Accingar tamen. Ire si recusant
Vltrà lumina; gestit ire penna.

XXX.

Qua lautu via tonsilique Myrto
Centum intersecat areas, leuesque
Circumdat topiarijs arenas;
Surgunt frondea monstra; nunc Chimeras,
Nunc Hydras imitata, nunc pauendo
Massyli dominos iugi Leones;
Mentitos ibi Simios; ibi acres
De propagine myrtea molossos.
Occurrat lepus; insequi solutis
Hos credes ibi vertagos habenis.

XXXI.

Pennatum genus alites, ijsdem
Mirandum fabricant larem viretis
Stant illic Aquilæ, irritum minatæ
Formidantibus impetum Columbis:
Eoos ibi psittaci colores,
Et plumas viridi occulunt cupressu;
Hic Cygnus patrij immemor Cyaci
Seruat myrtea septa: Thraciæque
Instant excubijs grues, & arcent
Nocturnas subeuntium rapinas.

XXXII.

Sed Cygnos super & grues superbo
Fertur syrmate Pauus; ac virentes
Fastu circinat ampliore pennas;
Vix bellam magis in suo videre
Iuno se meminit cliente formam.
Tum, denis sibi seculi superstes
Nido se locat in ferace Phœnix;
At, non Assyrijs petita campis.
Substernit, sibi cura: Tusculanas
Per myrtum redigendus in fauillas?

XXXIII.

Hæc dein, hæc, Siculò quis alter Astra
Expressit radio Senex; Perita
Per myrti cuneos vagatur vmbra,
Pariturque diem, notatque lapsas
(Dum lento peragrat vireta passu)
Ortæ lucis & occidentis horas.
O quas delicias amœna tandem
Profertis, iuga? Myrteas iubetis
Vobis prodere lineas, in ipso
Quid Solis faciat quadriga Cælo.

XXXIV.

Nec te prætereo, dolosa centum
Mæandris via: quæ, virente lauru
Fallaces trahis impedita gyros;
Et flexu irremeabili trecentas
Decepto obijcis aduenæ latebras.
Iam vertigine, iam laborat hospes.
Dum gressu ambiguo has & has & illas
Spe tentat nihil annuente porta,
Cessa: aut fabula, si nocebis vlli,
Cretei noua differentis antri.

XXXV.

Quamquam non grauis error est, ameno
Longum etsi vagus ambules in horto.
Non hinc obuius it minante cornu
Minotaurus, inhospitale monstrum:
Sed spectator amicus innocente
Errantem placidè excipit cachinno.
Post, lino duce, vel fauente nutu
Educet patulas ad vsque portas,
Et gratabitur. Ipse tu sequentes
Risu consimili obrues amicos.

Hæc

XXXVI.

Hæc monſtrant ſinu in inclito, intimòque
Complexu memoranda Tuſculanæ
Hæc & mil ia plus ducentâ villæ.
At vicinia qualis? Hinc frementes
Tyrrheni videt æſtuantis vndas,
Et Neptunia regna; præpeteſque
Præter littora nauigare puppes.
Hinc valles riguas; crepidineſque
Veſtitas cytiſo, virentiūmque
Altrices nemorum tuetur oras.

XXXVII.

Quid, Lucúlle, tuos deinde narrem
C'aaſos vallibus integris, & aulis
Immenſis apiarijſque Turdos?
Quid colles ego mille? quid propinquos
D cam, culmina fulgurita, montes?
Hic de vitifero iugo Catonem
Oſtentat ſua villa, Porcióque
Nomen nobile iactat vmbilico.
Hic Præneſte iacens, & vda Tibur
Graij mænia reſp cit Catilli.

XXXVIII.

Illic eminet Algidum, ſuiſque
Patrum prælia narrat inquilis:
Crebróſque Annibales Amilcareſque;
Et Pænos ſonat aduenas, vt armis
Paruos exciter Africis Nepotes.
Illic CRABRA ſuum ſtrepente pergit
Marcum quærere Tullium ſuſurro,
Et ſuetos vaga permeat canales,
Quà quondam Ciceronis eruditas
Noto murmure recrearat aures.

XXXIX.

Quid Celsum Hippolyti nemus; Cauique
Prolixè repetam theatra Montis
Regillósque deinde, Virbiósque
Albanosque lacus? Deinde Campos,
Et campos, vbi Roma se iacentes
Attollit super vrbium ruinas?
Non, si Smyrna suas mihi, suasque
Nectat Mantua, duplicetque laurus,
Hos vnquam mea se Camæna dignis
Speret versibus exsequi colores.

X L.

Vnam in laudibus vnicamq; tantis
Mirantur iuga Tusculana labem.
Nam Colles ita nobiles, quid, oro,
(Da vati veniam Latina pubes)
Quid colles ita nobiles merentur,
Vt, cum Roma negotijs solutis,
Autumni properantibus Kalendis,
In colles solet ire Tusculanos,
Dicatur pudet (pudet) in iugis tam amœnis,
Illo tempore velle RVSTICARI.



II.

CAMPANVM, seu Vesuuium flagrans.

I.


VI mundi faciem labantis, vna
Omnem cernere quæris in tabella;
Qua Iudex piceos supremus imis
E fornacibus, euocabit ignes,
Et, flagrante solo polô que, iussas
Arsurus ruet orbis in fauillas:
Non tu Parrhasij tibi colores,
Nec Coi pete lineas Apellis;
Succumbet manus artis. Vnus illos
Depinxit melior VESEVVS ignes

II.

Hic Campana feras vbi procellas
Frangunt mœnia, patrijque Siren
Nullas æquoris expauescit iras;
Fęcundi iuga delicata Montis
Stabant nuper; & vndique explicato
Monstrabunt mera Gargara vmbilico.
Vix omnespoterat domare fessus
Prælis innumeris Lyæus vuas;
Nec messas segetes ærata tellus
Vllis siuerat horreis recondi

Nunc

III.

Nunc squallet locus: inuenusta turpi
Sordet forma situ; fauilla campos
Infelix operit: reuulsa nudum
Implent marmora degrauantque collem.
Non vmbræ nemorum suas opacant
Suetis quercubus arbutisque valles.
Mæret vinea, desitosque cessat
Notis quærere vitibus racemos.
Et flauentie culta, cum crematis
Exspirasse dolet Ceres aristis.

IV.

Stat vicinia pallida, & sepultas
Alto rudere conspicatur vrbes:
Auditasque coacta iam reuoluit
Derisi toties minas Camilli:
Cui quondam sopor insolens, beatis
Campani maris accolis, paratam
Hanc monstrauerat imminere cladem.
Sed Cassandra fuit: fidemque vates
Tunc demum meruit, peracta post quàm
Seris fabula cladibus probauit.

V.

Nam Brontes Steropesque cum relicta
In fines Italos migrasset Ætna;
Mutatos ibi Lemnius caminos
Instruxit faber; & suam reperto
Incudem sibi fixit in Vesuuo.
Hic adstare Pyracmona; & ducentos,
Fratrum immania monstra, fabricandis
Insudare iubet Cyclopas armis.
Certant follibus, æreique vastos
Passant pondere mallei lacertos.

VI.

Hinc vrbes tremere; & labare turres
Et mugire ſolum; ſuaſque ruptis
Cælo oſtendere faucibus cauernas.
Nec ſe dura tenent Cerauniorum
Quin nutent iuga; territiſque rupes
Cum radicibus Alpium vacillent.
Surgunt æquora; turbidòque laſſæ
Motum in gurgite ſentiunt Carinæ:
Et Tethys ſtupet ipſa, refluòſque
Mutati maris expaueſcit æſtus.

VII.

Septenos vbi terror iſte ſoles,
Et noctes totidem, tremente curuo
Circùm littore, ſæuiit; fragores
Ima Veſuuius addidit cauerna;
Quantis vel tonat æthra, cùm rebelles
Terret fulmine Iuppiter gigantes:
Vel quantis reboant Tubi, nitrata
Farti grandine, miſſilique plumbo,
Dum celſas, face ſubdita, iubentur
Aut vrbes quatere, aut ferire turres.

VIII.

Senſit Parthenope; &, venire terris
Fatalem rata fontibus ruinam,
Damnauit ſolitos palatiorum,
Quos tanti modò fecerat, penates,
Aurataſque trabes peroſa, & oſtro
Prætextum Babylonio cubile,
In campos, pede libero, refugit.
Nec ſoles ibi noxios, nec vllas
(Subdio licèt excubans) tecto
Infeſtas capiti putauit auras.

IX.

Quam magnæ metus est magister artis?
Quondam vsi laquearibus politis,
Et pluma thalamis calente fartis;
Nunc formidine perciti, pruinas,
Et flantes gelidi Decembris audent
Nudo corpore sustinere ventos:
Nec densos hiemantium verentur
Astrorum, nemore in patente, nimbos,
Cedat Porticus, & Lycea cessent:
Maioris metus est Magister artis.

X.

Hæc montis ioca prima, Lemniæque
Vrbis præludia vidit officinæ:
Nunc ad Seria barbaros Sicanus
Hortari faber occipit Cyclopas.
Cessa illos, faber, incitare, cessa;
Iam fecere satis superque; in ipso
Plus quàm Seria prodidere ludo.
Sed vota irrita. Malleos tot inter
Incudesque Veseuus & caminos,
Surdis reppulit auribus querelas.

XI.

Nondum desierat mouere Tellus,
Et iam ruptus apex hiante cæpit
Nimbos fundos turbinesque rictu.
Nunquam tetrior inquinauit Astra
Diri montis hiems. Nigrante cælum
Foete puluere sustulere nubes.
Versos in cinerem fuisse montes
Et cunctas nemorum arbores,& ima
Terræ viscera,diceres,in vnam
Flammis acta furentibus,fauillam.

XII.

Ter denos sine Cynthio peregit
Tellus cæca dies: ter ipsa denas
Egit Cynthia feriata noctes:
Cum sæui chaos interim barathri
Fæto è gurgite pergeret perennem
Atri spargere pulueris procellam,
Quæ sublimibus eleuata pennis,
Mox præceps ruitura, inauspicatam
Campis omnibus, omniumque cœpit
Cladem mœnibus vrbium minari.

XIII.

Nec contenta metu minisque veras
Naturæ Cinis apparat ruinas:
Dum totos, super intonante nimbo,
Campos obruit, & fatigat vrbes,
Atque arces sepelit, tegitque colles,
Æquat puluere bulliente Valles,
Impletque æquora subruitque turres.
Sentit gurgite Proteus sub alto
Funestos cineres, suumque versis
Miratur pecus æstuare in vndis.

XIV.

Vulturnus calet, vritur Salerni
Rades arua Siler: grauique Sarnus
Illapsæ pluuia tepet fauillæ:
Fumantemque nouo vapore Liris
Vmbrosæ videt alueum Maricæ:
Tyrrhenæ iuga sentiunt Mineruæ:
Et notus lituo tubaque collis
Diri pulueris albicat pruina:
Surrentum timet, oppidumque ductis
Cui nomen Capys indidit Colonis.

X V.

Vincet fama fidem. Remota toto
Tellus æquore ſenſit; & Veſeui
Fumos Illyris ora, flammeoſque
Excepit, gremio abnuente, ructus.
Iam Byzantius Italum pauebat
Noti pulueris inqu linus imbrem:
Atque hinc territa Seſtos, hinc Abydos
(Diſtaret licet hæc & illa) priſci
Nondum oblita periculi, timere
Flauij ſecula cœperat Secundi.

X V I.

Hic quamquam ſola tranſmarina tantus
Perualit timor; impetu propinquas
Maiori Cinis eſt adortus vrbes.
Nam qua Parthenopeiæ ſuperbam
Sebethos lauat hoſpitam clientæ,
Inſtabat vehementior: domoſque,
Turreſque, trepidoſque ſulfurata
Ibat grandine perditum inquilinos,
Vrgebatque cauos, & ampliores
Vexabat Stygis officina folles,

X V I I.

Haud paſſus mala diriora nubem
Intentare Metus; ſibi patronum
Cælo deuocat annuente Ciuem.
Nec ſegnis patrie tulit vocanti
Magnus ciuis opem; Miniſque ſacrum
Obiecit Caput aduenis, & iras
Caſuri Cineris repreſſit vna
Viſi ſanguinis æſtuantis vrna,
Mox elanguit imber, & coactæ
Vrbem offendere deſiere nubes.

Poſt

XVIII.

Poſt quam hac parte repreſſus eſt Veſeuí,
Quamquam ſerò,furor,nocere iactis
Cæpit,pondere grandiore,ſaxis,
Quàm quanta Æmonio ferunt in antro
Conſerta Lapithas rotaſſe pugna.
Vix olim Borea furente ſuerunt
Arentes paleæ, leueſque caſſi
Iactari tunicæ altius lupini.
Indignantur aues, volare nullis
Saxa ingentia ſubleuata pennis.

XIX.

Dum feſsi tamen improbo labora
Vltra tendere pumices volatu,
Vſque à nubibus arduis in imas
Horrendo recidunt fragore valles.
Nec ſolas ibi proterunt myricas,
Aut lentas pede debili geniſtas;
Sed vaſto ſimul ilices,& altas
Vertunt pondere ſubruuntque quercus.
Nil immune ſinunt: caduca totos
Sternunt ſtamina diruuntque muros.

XX.

Et alto mare cærulum relapſos
Haurit gurgite territo molares;
Et ſaxis vada rupibuſque vaſtam
Impleri timet aduenis lacunam.
Longinquas etiam inſolens vagatur
Funeſto lapis impetu per vrbes:
Et Nolam volat vſque,& vſque Cumam
Baianaſque crepidines; & vltra
Gargani latus Apuli: vna pratis
Strages omnibus, & ruina ſiluis.

Egeſta

XXI.

Egesta cinerûmque pumicûmque
Tanta mole ruentium, putari
Exhaustæ potuere plus trecentæ
Magnorum quoque montium fodinæ;
Nec dum vnius erant. Tumultuari
Pergit Vesuius; vberèmque laxat
Plura in damna sinum; nouàsque fæto
Pestes fundere gaudet vmbilico.
Vix est Lerna feracior, tot vna
Quamuis monstra repullulent ab Hydra.

XXII.

Nam, vertex vbi Montis ominosum
Immensus sinuatur in barathrum,
Vndantes ibi Mulciber liquatis
E fornacibus egerebat ignes.
Horresco meminisse! Sulfurata
Flammantes face gurgites, ab alto
Ebullire iugo, viàsque fusis
Cunctas vidimus occupare flammis.
Mutatum mare crederes, & vdas
Ardendi pice conflagrasse lymphas.

XXIII.

Mox septena lacus, natante flamma,
In diuortia diditus, citato
Per præceps ruit impetu: igneòsque
Curuatis abit alueis in amnes.
Sic flexis Pgrygius vagatur aruis
Mæander; dubitàsque & hàc & illàc
Curuo littore defatigat vndas;
Quamquam innoxius hic, suàsque solis
Ripas alluit abluitque lymphis:
Sæuit noster, inæstuàtque, flammis.

Si

XXIV.

Si linguæ mihi centum, & ora centum,
Et vox ferrea ſuppetant, ſecutæ
Dum narrem tragicum ordinem ruinæ;
Narrandam, neque tanta vox,ad ordinem,
Nec linguæ ſat erunt, nec ora, cladem.
Hauſit flammeus, & vorauit, amnis
Siluas,mœnia,tecta,templa,turres,
Atque armenta boum, & greges bidentum,
Et currus, & equos, & innocentes
Cum turba ſene, matribuſque, cunas.

XXV.

Nulli perfugio locus. Sequuntur
Omni parte vagi, & minantur, ignes.
Hic inſtant properantibus, pedeſque
Captos glutine flammeo morantur:
Hic aduerſa ruunt: & hic ſiniſtro,
Hic dextro latus ambiunt camino:
Ardent omnia. Fortè imago talis,
Aut vix talis erat, vagante quando
Quadriga Phaeton abominatos
Terris triſtibus inuehebat ignes.

XXVI.

Quid Pagos ego nobiles,quid Vrbes
Has prolixus, & has querar, ſub illo
Candenti poſitas nataſſe riuo?
Hic Reſina iacet; iacetque Maſſa;
Hic & Rura Georgij, ſepultos
Secum arſiſſe ſuos dolent colonos.
Et tu Porticus, inuidenda cultis
Hortorum nemorumque tot viretis,
Iam Fontes ibi, iam tuas iiſdem
Tecum delicias tegis fauillis.

XXVII.

Sed vos, quæ paribus gemella fatis
Et consurgitis oppida, & petitis,
Quis deuinxit Amor? Nerone quondam
Cùm nutante solo Vesëuus idem
Campanos quateret; periſtis ambo.
Cùm rurſus iuga per fragoſa dirum
Opplorante Tito rotaret amnem;
Vos vna cecidiſtis ambo. Iamque
Dum ſæuit lue tertia Veſeuus,
Vnà ambo ſepelimini ruina.

XXVIII.

Heu, qualem dedit abſtulitque, veſtrum
Vulcani rabies vtrique, formam.
Pompeios ibi nuper, & ſuperbi
Circumſtantia videram Herculani
Templa, & compita, & atria, & plateas,
Et faſtigia turrium, & ſacella;
Nunc veſtigia nulla, nulla amœni.
Cerno ſigna loci: ſed hinc ſuperſtes
Solum eſt nomen, & inde campus; in quo
Pompeij ſteterunt & Herculanum.

XXIX.

Cognatas vbi littori propinquo
Euaneſcere vidit æquor vrbes,
Retrò à littore noxio recurrens
Nudauit vada, gurgitemque ſiccis
Calcandum patefecit vſque plantis.
Tum partu celeri nouas ab ipſo
Naſci vidimus inſulas profundo:
Et ſiccum in medio carina portu
Fundum contigit, hinc & inde iuſſas
Neptuno procul auocante lymphas.

XXX.

Suffecit tamen alteras repentè
Mons iratus aquas; vadumque misso
Texit flumine; & integro solutos
In portu iubet innatare lintres.
Namque, vt desijt oscitante rictu
Crudæ viscere rupis, & fauillas,
Et flammas vomere improbas & ignes
Ructari satur, institit cruentus
Demum faucibus ebriis, recoctos
Vndæ fundere pestilentis amnes.

XXXI.

Hi, quicquid neque saxa, nec fauillæ,
Nec terræ tremor antea, nec ignes
Funesto violauerant camino,
Demersere lacu. Vagantur aruis
Et bacchantur aquæ: nouisque villæ
Et magalia nauigant in vndis.
Quàque in pascua bucerum solebat
Quondam exire pecus, virentiumque
Vmbras visere collium; hic natantes
Alto in vortice mugiunt iuuencæ.

XXXII.

Numquam Danubij fluenta, rupt's
Quamquam pontibus euagata, Rhætos
Tantis cladibus obruere campos
Nec tam præcipiti Padus Togatæ
Percurrit sata Galliæ tumultu,
Vicinis vbi ab Alpibus solutæ
Descendere niues; suùmque cogunt
Hibernæ fugere alueum pruinæ.
Mons vnus, simul & lacus, & amnes
Et Pontos peperit stupente Pontos.

XXXIII.

Tam sæuos inimica dum theatro
Alternant ruga lacrimante ludos;
It clamor populi; suisque cælum
Obtundunt miserabiles querelis:
Pars ambusta, manus ad astra tendunt;
Pars oppressa, gemunt: Fauilla multos,
Multos saxa tegunt relapsa. Tentant
Hi, sperare fugam; fugamque in ipsa
Amisere fuga: hi, moram in paterno
Dum nectunt lare, repperere mortem.

XXXIV.

Vox confusa sonat; Iuuare fratrem
Dum frater cupit; Hic suum nepotes
Lamentantur auum, hic soror sororem,
Hic hospes dolet hospitem: Maritus
Vxorem: Socius vocat sodalem:
Infantem trahit impedita mater,
Et grandem soceri gener senectam,
Hærentque alter in altero, & laborant,
Ignari quid agant: opemque cuius
Supremam sodalitij fatigent.

XXXV.

Ecce autem! Puerum Camilla, flammis
Iam tergo minitantibus, trahebat,
Nusquam certa viæ: Sed æqua, iniqua,
Dum percursat anus, viam prælti s
Pen dens rupibus abscidit crepido,
Præclusitque fugam. Tenemur, inquit,
Hic flamma perituri, & hic ruina.
Sunt vtrinque metus; sed hinc minores.
Sic effata volat: suumque celso
Desertum in scopulo abijcit nepotem.

Con-

XXXVI.

Conuerſo tamen inde ad aſtra vultu
Hunc, Ioſippe, ait, hunc tui gemellum
Commendo tibi nominis clientem:
Illi tu pater eſto: cui Camillam
Terror reddidit improbus nouercam.
Inter dicta, fluunt ruuntque flammæ,
Et campos populantur. Ipſa anhelans,
Quamquam grandis anum retardat ætas,
Effugit tamen. Additas putares
Fractis viribus à timore pennas.

XXXVII.

Ad ripas vbi venit, eruditis
Quæ Sebethidos alluuntur vndis,
Tum facti memor, inſtitit relictum
Seris poſcere lacrimis nepotem,
Iam flammis rata mille, turbinumque
Hauſtum mille furentium procellis.
Infelix anus, inquit, hoc ſalutem,
Hoc, quæſiſſe, fuit? Nouerca nunquam,
Quod feci, facit. Hac per innocentem
Quinquennis pueri exij cruorem.

XXXVIII.

Hæc ſecum, illacrimans: Et ecce! Notam
Haurit continuò Camilla vocem:
Attollenſque oculos, ſupra virentes
Cernit ſtare crepidines ephebum.
Quid monſtri, DEVS, inquit; An videntem
Eludit ſopor? An Veſeuus egit
Huc, Ioſippe, tuos venire manes?
An flammis ego te erutum recepi?
Agnoſco, meus es, ruenſque paſſis
Seruatum caput occupat lacertis.

XXXIX.

Tùm narrare nepotulus, ruentes
Qua felix ope fugerit caminos,
Quaque ad fluminis alueum, via
Per compendia venerit quadriga.
Nam forma senioque me verendus
Cùm diro in scopulo videret heros,
Flentem sustulit: & manu prehensum
Torrentes super igneos, & atra
Fumantes pice vortices; ad istas
Perduxit validum integrumque ripas.

X L.

Hic se, nescio quò, repentè ductor
Subduxit meus, ille, cui tuendum
Me paullò antè reliqueras; idemque,
Quod nomen mihi proprium est, & ipse
IOSEPPI sibi dixit esse nomen.
Hæc narrante nepotulo; Camilla,
Quamquam rustica, Cælites, periclis
Vos soli hanc, ait, hanc meis profectò
Vos portastis opem. Minentur ignes:
Iosippus dabit inuocatus vndas.

X L I.

Vidit Nola suos & ipsa ludos:
Cùm, stagnantia per vireta, paruas,
Nequicquam lacrimantibus propinquis,
Raptaret violenta lymphas cunas.
Lactentem sopor altus occupabat
Iniectis ibi fascijs alumnum:
Et Syrtes per, & obices, & algas,
Ignarum, neque gurgites marinos,
Nec fluctus, nec inhospitas videntem
Iactabat furor Æoli, procellas.

XLII.

At naufragus interisse, centum
Per discrimina, debuisset infans,
Ni Typhis melior peritiore
Vitasset vada verticesque remo,
Donec poneret ipse vagientem
Tutis in stationibus carinam.
Hoc, credo, Remus, hoc Remi gemellus
Tuscum remige nauigauit amnem:
Hoc Moses duce, nare per cruenti
Illæsus potuit fluenta Nili.

XLIII.

Dum plangit domus, orbitasque matris
Infelicibus exprobratur vndis;
Ibat fortè metu soluta plebes
Vicinum nemus, inuiosque lento
Lustrabat pede Siluulæ recessus,
Rerum ignara: Sed ecce destitutæ
Densa inter nemoris vepreta cunæ;
In Cunis Puer: innocente risu
Qui sæuos gemitus frementis vndæ,
Censebat ioca blandientis auræ.

XLIV.

Hæc lactentibus obtigere pupis:
Non idem fauor in viros. Tenebant
Et morbus grauis & senecta patrem,
Sed vitæ vigor & iuuenta prolem.
Hi mæstam sine somno vterq; noctem
Concordes lare duxerant sub vno.
At prima rabie vt tumultuantem:
Sensit filius æstuare montem,
Effugit, patris immemor, suamque
In tuto stitit angulo salutem.

XLV.

Hic demum subit ægri imago patris,
Concussitque sinum. Fugis relicto
Crudelis genitore? teque flammis
Et torrentibus auferas, parentem
Flammis, impie, victimam reseruas?
Monstrum, auertite, cælites! Reuertor,
Emensamque viam, minante quamuis
Fata extrema, remetior, Veseuo.
Defendet pietas; & hac iubente,
Troiano rogus exuli pepercit.

XLVI.

Nec dictis mora: per globos furentis
Contemptor subit igneos camini:
Natalemque domum, senemque quærit,
A quo fugerat immemor, parentem.
Cui dum plurimus instat, & morantem
Inuitat, manibúsque brachijsque
Insertum trahit, applicatque charo
Ceruices oneri: iuuanda turbat
Sæuus cæpta fragor; domúmque lapsa
Et natum obruit & patrem fauilla.

XLVII.

Sæuitum nimis est, Veseue: Metas
Excessit furor. Obruisse turres;
Euertisse lares; replesse valles
Funesto cinere: & volante saxo
Cladem mænibus intulisse magnis;
Et campos per, & arua per, solutos
Mitis amnibus excitasse flammas;
Donari poterat. Sed, in parentes
Natos esse pios, vetare, id omnes
Excessit sceleris, Veseue, metas.

III.

LAVRETANVM, ſiue Domicilium volans.

I.

IAM miracula ventilare Thraces
Mentitis ſua deſinant cothurnis,
Quæ mirantibus edidiſſe ripis
Orpheo Lyra fertur in theatro:
Cùm celſas Rhodopeius cupreſſos,
Et grandes, comitantibus geniſtis,
Hebrus cerneret ambulare quercus:
Aut cùm marmora cæduaſque Graius
Dentaret cithara canente rupes
Tircæis faber admouere muris.

II.

Nec docta ſibi machina Tarentum
Pergat plaudere; qua ſecare clarum
Implumes videt aerem Columbas.
Veris fabula ceſſit: ambulantes
Iam totas oculis videmus ædes;
Quæ, quà fluctibus impedita magnis
Sunt veſtigia, libero volatu
Tranant aera; deſuperque tutæ
Rident æquora, Nereique vanas
Spernunt nubibus abditæ procellas.

III.

O magnæ domus hospitæ! ò beato
Tritum nobile limen inquilino!
Diuinæ genitrix ibi puellæ
Felicis agitarat ANNA cunas:
Et gaudens ibi viderat biennem
Arctum repere per cubile alum uam;
Quæ Regina potens vtrumque mundi
Iam curru volat aureo per axem:
Quæque omnes sibi cælites, & omnem
Iam seruire videt Tonantis aulam.

IV.

Quà fessos Hyperionis iugales
Seris Oceanus recondit vndis,
Illàc se patula aliger fenestra
Arcanam penetrat in tabernam,
Cùm portaret AVE, quod aula magnæ
Ferri maxima iusserat PVELLÆ.
O qualis fuit Ales? ò quis illi
Picta in veste color? Rigebat auro,
Et gemma chlamys: & duos sereno
Vincebant oculi nitore Soles.

V.

Conspecto salijt cubile ephebo,
Et totum face non sua reluxit.
Deiecto sed vbi Puella vultu
Legatum audit Alitem, Deique
Iussis annuit; est, stupente Cælo,
Et VERBVM CARO factum;& vsq; mundi
Plausit machina trina; perque & auras
Riui mellis iere, perque terras:
Et Cellæ è penetralibus liquentes
Pleno nectare prodiere fontes.

VI.

Hic, quantis sua gaudiis vagarī
Mater pignora viderat; relicto
Post quàm iussa redire de Canopo,
Natales subiit lares? Soporem
Hic in paupere paruulus grabato
Captabat PVER. Hic moram diei
Ducebat vigil: Hic dapes inemptas
De mensa tenui petebat Infans.
Hic Sacra è Samio labella potum
Sorbebant Acheloium culullo.

VII.

Hic artus riguisse cùm niuosa
Sentiret sibi frigidos pruina,
Quærebat solito PVER recursu
Maternum lare in intimo caminum;
Algentesque manus, pedesque, paruo
Cæli conditor admouebat igni.
Fortunate calor; fouere tales
Et circumdare cui licebat artus?
Functus munere nobili; quod vnum
Omnes ætheris æmulentur ignes.

VIII.

Hic, (ne multa moremur,) ille & auras
Qui nutu moderatur, & procellas;
Quique vndas fluitare, quique moles
Iussit surgere montium, grauique
Fixas pondere conquiesse terras:
Hic tractare rudem sua dolabram
Discebat faber, asciamque, dextra.
Hic sudore fluebat; hic parenti
Lustris quatuor obsequens, diurnum
Plebeia peragebat arte pensum.

IX.

Hos tales vbi barbara relictos
Cœlum ſenſit in area penates ;
Squallentemque ſitu locum, pioque
Vidit limina deſtituta cultu ;
Heu gentes, ait, impias ? ò iſtis
Indignum genus aſſidere tectis !
Ite huc ocyus, ite : inhoſpitalem
Ædes linquite nobiles Idumam.
Monſtrabo meliora : adeſte : Dignam
Veſtro nomine vindicate Sedem.

X.

Dixit : nec mora, & imperante cœlo
Moles intremit omnis, ac reuulſo
Feſtinat domus exſilire fundo.
Qualis candida cùm ſtrepente motos
Plauſu deſeruit Columba nidos,
Sublimis fugit : At ſecutus anceps
Scrutatur vacuos lares ; manuque
Dum prædam petit irrita, supernè
Per confinia nubium auolantem
Votis ſpectat inanibus Columbam.

XI.

Tali elapſa fuga, reliquit orbam
Eois domus aream colonis ;
Sublimique per aerem volatu
Longinquas petit inquieta ſedes.
Stant infrà trepidi accolæ, lareſque
Mirantur profugos, & ima ſolis
Fundamenta relicta cum lacunis,
Iamque alter digito alteri, hic, quadratæ
Oſtendunt ſpatium areæ ; hic, verendæ
Monſtrant limina ianuæ ; hic, feneſtræ.

At

XII.

At terræ domus immemor relictæ-
Excelsum secat aera, & profundum
Spectat pendula, nec veretur, æquor.
Gratantur vada, peruiòsque tali
Gaudent remigio patere fluctus.
Quà se cùnque mouet, sonante Triton
Applaudit citus, accinitque concha.
Tum Nereides adnatant; suàsque
Cano à gurgite Tethys ipsa profert.
Et neptes caput inter, & proneptes.

XIII.

Inuitant procul insulæ; & volanti
Sedem quælibet offerunt Mapali:
Sed longè fugit; Hospitàmque vitat
In primis Cypriæ plagam Dionæ:
Mox transit Rhodon; arduum superbo
Quamuis æthera verberet Colosso.
Nec Crete placet ipsa, fabulosis
Incesti Iouis inquinata cunis:
Nec curat Paron; & timet natantem
Inter Cycladas approbare Delon.

XIV.

Iàmque Epirus, & Illyris, per altas
Ædem senserat ambulasse nubes,
Sed nullas nec in hoc sibi, nec illo
Dignatam lare collocare sedes.
Restabat sinus Istriæ, furentes
Quà littus timet Adriæ procellas,
Illic cespitis herbidi virentem
Vidit fessa domus tumere collem.
Huc delata, breui quiete longum
Interiungere cogitat volatum.

XV.

Felix Istria, si fera reuinctos
Clausisses adamantina penates;
Æternis vbi vinculis retenti
Cessassent alias amare sedes.
Nunc viso, breue gaudium, recessu:
Heu quantos tibi conciet dolores?
Nam rumpet violenta vix receptam
Miraclo Domus altero quietem:
Et nudam vacuàmque rursus, Istris
Complorantibus, Istriam relinquet.

XVI.

En, quanto petat alterum volatu
Nullis territa fluctibus profundum!
Ægeum prius, inferùmque longo
Neptunum fuit euagata tractu,
Nunc tentat Superum, Adriæque totum;
Quam latè patet, occupare tergum.
Hinc Antenoris arua, tèrque ternis
Spumantem videt ostiis Timauum:
Hinc celso à Capitolio minantem
Cernit gentibus Vrbibùsque Romam.

XVII.

Picenum placuit. Virebat illic
Frondenti nemus esculo; suàque
Ilex plurima seruiebat vmbra.
Huc à littore fertur, inque visa
Festinat domus insidere Silua.
Vix consederat; impiisque furuæ
Feruebat nemus asseclis Cauernæ.
Hi concurrere; barbaràque prædam
Extorquere manu; sacròque flentes
Argento exuere aduenas, & auro.

Infandi

XVIII.

Infandi ſceleris ream, modeſta
Damnauit domus horruitque Siluam;
Et pennis iterum additis, auaro
Contendit celer euolare luco.
Extrà, planities amœna campum,
Et collem tumor editum propinquus
Intonſo referebat vmbilico.
Germanis vbi prædium duobus,
Concordes reditus parare quondam
Non amplo patrimonio ſolebat.

XIX.

Hi cùm virginea ſuum putarent
Ditatum ſibi prædium taberna;
Rupit fœdus amor: ſuæque ſortis
Conſortem alterum abominatur alter.
Et ſumit ſibi pars auara totum
Pulſo compare vindicare collem.
O ſordes animi! Piget morari
Diſcordi in tumulo; piget: recedo
Quàm primùm licet; atque diſſidentem,
Fraternis odiis relinquo collem.

XX.

Nec porro mora; cùm furoris ambo
Se ſenſere ſui dediſſe pœnam.
Iam faſtigia deſtituta, nullam
Conſeruant laris auolantis vmbram.
At, quà ſemita trita fert, quieſcit
Haud longè domus: & ſibi ſupremam
Hanc æterna iubet manere ſedem:
Quam nec Silua rapax, nec vlla fratrum
Diſcors arceat ira, ſed dicatis
Supplex muneribus frequentet orbis.

Spes

XXI.

Spes non irrita. Vidimus, remotis
Huc totas ruere insulas ab vndis.
Non se littore in vltimo Britanus
Excludi sinit. Huc venit, perenni
Quem Thule premit impedita bruma;
Huc, quem Cimmeriæ ambiunt tenebræ.
Hic Gades locus, hic locus rigentes
Altarum trahit Alpium colonos.
Hic septem sibi, patria venire
Horrentes niue, conspicit Triones.

X XII.

Certant munera Principum: grauantur
Argento sola; Persicòque mensæ
Dudum cedere se queruntur auro.
Hic regalibus occupata gemmis
Stant cimelia, grandibúsque baccis
Rubri littoris: hic merus renidet
Sapphiri labor: hic labor pyropi;
Hic moles adamantis, hic smaragdi.
Quicquid parturit orbis, huc ad vnam
Certat Virginis aduolare cellam.

XXIII.

Sed tanti licet aduenæ, tot vni
Pergant munera dedicare cellæ;
Maiores tamen indidem laborant
Quam quas attulerant, referre gazas
Hunc, turbantibus æquorum procellis
Puppis naufraga secum ad vsque nubes
Raptabat miserum; & relapsa, secum
Ima ad tartara pallidum trahebat.
Clamantem domus audijt; trucìque
Raptum sustulit æquori clientem.

Hunc

XXIV.

Hunc ferro improbus hostico petebat
Incautum globus, obrutùmque, letho.
Iam desponderat: attulit vocanti
Virgo præses opem; suasque iussit
Ferrum ad vulnera non habere vires,
Hos strages pecorum, luesque tabo
Grassanti mala presserat: Venenum
His infuderat Hydra: cancer illos,
Atque illos febris æstuans, & illos
Pestes alteræ & alteræ trahebant.

XXV.

Verùm accita laris patrona parui
Ægris adfuit: expulitque tetrum
Hic è tabifico cruore virus.
Hic æstum moderata, temperato
Venas frigore saucias refecit.
Hic contagia corporum; hic latentes
Auertit medico liquore morbos.
Et, quos vel Libitina iam sepulchro,
Vel mens conscia destinarat orco,
Vitæ reddidit, intulitque Cęlo.

XXVI.

Huc delatus & ipse, cùm beato
Fixissem reus osculum cubili,
Et prostratus humi, solum calente
Implessem rigui liquoris imbre,
Incepi gemitu loquente, mutas
Instaurare preces; opemque magna
Arctis poscere rebus à patrona:
Votis annue mater, & precantem,
(Quæ nullo sinis irritos abire)
Notis viribus adiuua clientem.

XXVII.

Si Regum mihi sint tributa; quantis:
O quantis ego te velim, tuàmque
Ædem prodigus occupare donis!
Pingatur paries vbìque gemmis;
Ornent lampades aureæ lacunar;
Centenis opobalsamum lucernis,
Vmbras arceat, & serenet auras.
Nunc à paupere, Virgo, quid requires?
Reges talia dent; ego, quod vnum est,
Has pauper tibi lacrimas dicaui.



SYLVVLARVM LIBER SECVNDVS.

I.

CLASSICVM S.Hieronymi.

I.


VID tantas, generosa, per procellas
Tam lentam trahis, Indoles carinam?
Insanum furit æquor, & rebellis
Motis Adria præliatur vndis:
Laxata volat impotens habena
Hàc illàc Aquilo; Ceranniisque
Et Neptunus, & Æolus minantur.
Festinant trepidi, timèntque Nautæ,
Et, quò se redimant ratèmque, sæua
Iactis æquora mercibus saginant.

II.

Tu contrà, fragilem per alta cymbam
Cunctabundus agis; feròsque lento
Pergis remigio secare fluctus,
Nec portum petis illum, vbi quieto
Stare in littore tot tibi coæuas
Castorum Iuuenum vides cohortes.
En, quanti simul annuat! suàmque
Ostentent misero beatitatem,
Dum; quas inter adhuc rotaris, illis
Gaudent degere se erutos ab vndis.

III.

Inuitat (viden?) Imperator ipse
Et tuta è statione, portuosi
Demonstrat tibi littoris quietem;
Et stantes ibi tot suos clientes.
Huc succedere suadet; huc adactum
Remis omnibus applicare lembum.
Non tristes ibi turbines, nec atra
Fœti grandine sentiuntur imbres:
Sed, quæ nunc feriunt carinam, inani
In se murmure sæuient procellæ.

IV.

Non circumspicis, hinc & inde centum
Iam mersos rate naufraga Sodales?
Centum iam scopulis, & æstuosis
Hærentes malè Syrtibus, negatam
Seros poscere opem? Dolent, furentum
Ventorum rabiem, & tumentis vndæ
Contempsisse minas: fugaque nullum
Matura sibi quæsiisse portum.
Tu nondum tamen hanc tumultuanti
Cessas credere Doridi biremem?

V.

Cessa fidere, cessa, & inquietam
Verte ad littora portuosa cymbam,
Obstat mater, ais, paterque: & obstat
Opplorans soror, & sodalis obstat;
Qui portum medio in mari, & secundam
Promittunt mihi nauigationem.
Mecum omnes rate remigant eadem:
Hac, vitæ mihi cardinem beatæ,
Hæc, monstrant seriem: ubentque passis
Sulcare æquora, non timenda, velis.

V I.

Hæc audis, generose sanguis, audis
Hæc deliria (nec tuas liquata
Aures incipis obserare cera,
Dum te spernere littus & paternos
Vult Cælo pater anteferre nutus?
Aut Syrtes per, & æquorum vagari
Per discrimina, maximam beatæ
Te sortem iubet autumare vitæ?
Non est, falleris, hæc beata, non est,
Quam dicit pater esse, vita non est.

V I I.

Fac, farta tibi mille de crumena
Fului pondera blandiantur auri:
Aut, vena tibi diues è secunda
Argenti cumulum flagellet arca:
Aut de Perside barbaras rapina
Promittat tibi res auita gemmas:
Aut vini Libycas auara messes
Pleno prædia congerant aceruo:
Fac, quicquid lubet huius; illa non est
Vitæ nomine digna vita, non est.

V I I I.

Fac, plures vt opes tibi laboret
Pleno copia parturire cornu,
Quàm Tartessiacæ rotant arenæ,
Lympha cum Tagus aurea triumphat:
Aut cùm stagna, crepidinesque flauo
Pactoli grauat alueus metallo:
Iesseum tamen insonare magnis
Olim vocibus audies Nepotem:
Non est hæc, Iuuenis, beata, non est,
Experto mihi crede, vita non est.

IX.

Hinc autem aſſidue licet querelæ
Fucato feriant vtramque luctu:
Et planctu genitor ſonante turbet,
Et cani tibi verticem capilli,
Et barbæ ſenium, pedûmque pronam
Oſtentet miſerabilis ruinam:
Et natos ſimul, & ſimul, & ſimul petitos
Tecum dictitet emori nepotes:
Tu ſicco, grauis, illa & illa perge
Et rurſum illa videre & illa, vultu.

X.

Tum, ſi ſollicito volaret vngue
Sparſos turbida mater in capillos,
Et fuſo faciem rigaret imbre;
Aut nato emeriti ſenile lactis
Infelix anus exprobraret vber:
Tu, per tam querulos ſerenus imbres
Quò te ſidera traxerint, labora
Maternos ſuper euolare nimbos:
Non eſt altera vita, vita non eſt
Quam laudant tibi & ille, & illa, non eſt,

XI.

Seu ploret ſoror, impleàtque clauſos
Lamentis reſonantibus penates;
Et nolit, fugiente te, ſuperſtes
Horam viuere: Seu tener ſub ipſo
Inſtet limine frater; ac precantes
Collo tendere perſeueret vlnas;
Et fratrem ſemel, alterùmque fratrem
Nexis ingeminent vtèrque palmis;
Tu palmas ſuper, & ſuper morantes
Exi quà potes, abſolutus, vlnas,

Inſiſta

XII.

Insistat simul, hæreàtque vinclo
Obstrictus tibi Gordio, & retenta
Inter brachia pendeat Sodalis,
Et, quò tu sine me sodalis? &, quò;
Et, me deseris? vsque & vsque clamet,
Et, me deseris? vsque & vsque ploret;
Hæc tu vincula rumpe, susque dèque
Brutum murmur habet: & per implicata
Exi brachia penduli Sodalis;
Obsistat, licet, ac moretur exi.

XIII.

Quòd si dulcibus illitum propinent
Sirenes tibi poculum venenis;
Et mellis sapor indidem, & falerni,
Et rerum bona mille blandiantur,
Dein mille altera, dein secunda centum
Dein vsque altera mille, deinde centum
Dein cum millia multa blandientur,
Eheu! copia tanta gaudiorum
Vna, cùm minimè timebis, hora
Vanæ tota peribit instar vmbræ.

XIV.

Si porro (Superi abstinete dirum
Dri nominis, abstinete, monstrum!)
Si porro pharetratus exsecrandos
Materna PVER arte subdat ignes;
Et tæda latus ambiat, potentes
Qua cæcus quatit aliger gigantes;
Alas indue tu; fugàque pernix
Quà te cunque potes, facesse, Nullis
Hic telis locus; vna vincere ista
Duntaxat Fuga discit in palæstra.

Sperato

III.

O magnæ domus hoſpitæ! ô beato
Tritum nobile limen inquilino!
Diuinæ genitrix ibi puellæ
Felicis agitarat ANNA cunas:
Et gaudens ibi viderat biennem
Arctum repere per cubile alumnam;
Quæ Regina potens vtrumque mundi
Iam curru volat aureo per axem:
Quæque omnes ſibi cælites, & omnem
Iam ſeruire videt Tonantis aulam.

IV.

Quà feſſos Hyperionis iugales
Seris Oceanus recondit vndis,
Illàc ſe patulà aliger feneſtra
Arcanam penetrat in tabernam,
Cùm portaret AVE, quod aula magnæ
Ferri maxima iuſſerat PVELLÆ.
O qualis fuit Ales? ô quis illi
Picta in veſte color? Rigebat auro,
Et gemma chlamys: & duos ſereno
Vincebant oculi nitore Soles.

V.

Conſpecto ſalijt cubile ephebo,
Et totum face non ſua reluxit.
Deiecto ſed vbi Puella vultu
Legatum audit Alitem, Deique
Iuſſis annuit; eſt, ſtupente Cælo,
Et VERBVM CARO factum;& vſq; mundi
Plauſit machina trina; perque & auras
Riui mellis iere, perque terras:
Et Cellæ è penetralibus liquentes
Pleno nectare prodiere fontes.

Hic,

VI.

Hic, quantis sua gaudiis vagari
Mater pignora viderat; relicto
Post quàm iussa redire de Canopo,
Natales subiit lares? Soporem
Hic in paupere paruulus grabato
Captabat PVER. Hic moram diei
Ducebat vigil: Hic dapes inemptas
De mensa tenui petebat Infans.
Hic Sacra è Samio labella potum
Sorbebant Acheloium cululo.

VII.

Hic artus riguisse cùm niuosa
Sentiret sibi frigidos pruina,
Quærebat solito PVER recursu
Maternum lare in intimo caminum;
Algentesque manus, pedesque, paruo
Cæli conditor admouebat igni.
Fortunate calor; fouere tales
Et circumdare cui licebat artus?
Functus munere nobili; quod vnum
Omnes ætheris æmulentur ignes.

VIII.

Hic, (ne multa moremur,) ille & auras
Qui nutu moderatur, & procellas;
Quique vndas fluitare, quique moles
Iussit surgere montium, grauique
Fixas pondere conquiesse terras:
Hic tractare rudem sua dolabram
Discebat faber, asciamque, dextra.
Hic sudore fluebat; hic parenti
Lustris quatuor obsequens, diurnum
Plebeia peragebat arte pensum.

IX.

Hos tales vbi barbara relictos
Cœlum senfit in area penates ;
Squallentemque situ locum, pioque
Vidit limina destituta cultu ;
Heu gentes, ait, impias ? ò istis
Indignum genus assidere tectis !
Ite huc ocyus, ite : inhospitalem
Ædes linquite nobiles Idumam.
Monstrabo meliora : adeste : Dignam
Vestro nomine vindicate Sedem.

X.

Dixit : nec mora, & imperante cœlo
Moles intremit omnis, ac reuulso
Festinat domus exsilire fundo.
Qualis candida cùm strepente notos
Plausu deseruit Columba nidos,
Sublimis fugit : At secutus anceps
Scrutatur vacuos lares ; manuque
Dum prædam petit irrita, supernè
Per confinia nubium auolantem
Votis spectat inanibus Columbam.

XI.

Tali elapsa fuga, reliquit orbam
Eois domus aream colonis ;
Sublimique per aerem volatu
Longinquas petit inquieta sedes.
Stant infrà trepidi accolæ, laresque
Mirantur profugos, & ima solis
Fundamenta relicta cum lacunis,
Iamque alter digito alteri, hic, quadratæ
Ostendunt spatium areæ ; hic, verendæ
Monstrant limina ianuæ ; hic, fenestræ.

XII.

At terræ domus immemor relictæ
Excelsum secat aera, & profundum
Spectat pendula, nec veretur, æquor.
Gratantur vada, peruiósque tali
Gaudent remigio patere fluctus.
Quà se cùnque mouet, sonante Triton
Applaudit citus, acciniitque concha.
Tum Nereides adnatant; suàsque
Cano à gurgite Tethys ipsa profert,
Et neptes caput inter, & proneptes.

XIII.

Inuitant procul insulæ; & volanti
Sedem quælibet offerunt Mapali:
Sed longè fugit; Hospitàmque vitat
In primis Cypriæ plagam Dionæ:
Mox transit Rhodon; arduum superbo
Quamuis æthera verberet Colosso.
Nec Crete placet ipsa, fabulosis
Incesti Iouis inquinata cunis:
Nec curat Paron; & timet natantem
Inter Cycladas approbare Delon.

XIV.

Iàmque Epirus, & Illyris, per altas
Ædem senserat ambulasse nubes,
Sed nullas nec in hoc sibi, nec illo
Dignatam lare collocare sedes.
Restabat sinus Istriæ, furentes
Quà littus timet Adriæ procellas,
Illic cespitis herbidi virentem
Vidit fessa domus tumere collem.
Huc delata, breui quiete longum
Interiungere cogitat volatum.

Felix

XV.

Felix Istria, si fera reuinctos
Clausisses adamantina penates;
Æternis vbi vinculis retenti
Cessassent alias amare sedes.
Nunc viso, breue gaudium, recessu:
Heu quantos tibi conciet dolores?
Nam rumpet violenta vix receptam
Miraclo Domus altero quietem:
Et nudam, vacuàmque rursus, Istris
Complorantibus, Istriam relinquet.

XVI.

En, quanto petat alterum volatu
Nullis territa fluctibus profundum!
Ægeum prius, inferùmque longo
Neptunum fuit euagata tractu,
Nunc tentat Superum, Adriæque totum;
Quam latè patet, occupare tergum.
Hinc Antenoris arua; tèrque ternis
Spumantem videt ostiis Timauum:
Hinc celso à Capitolio minantem
Cernit gentibus Vrbibùsque Romam.

XVII.

Picenum placuit. Virebat illic
Frondenti nemus esculo; suàque
Ilex plurima seruiebat vmbra.
Huc à littore fertur, inque visa
Festinat domus insidere Silua.
Vix consederat; impiisque furuæ
Feruebat nemus asseclis Cauernæ.
Hi concurrere; barbaràque prædam
Extorquere manu; sacròque flentes
Argento exuere aduenas, & auro.

XVIII.

Infandi ſceleris ream, modeſta
Damnauit domus horruitque Siluam;
Et pennis iterum additis, auaro
Contendit celer euolare luco.
Extrà, planities amœna campum,
Et collem tumor editum propinquus
Intonſo referebat vmbilico.
Germanis vbi prædium duobus,
Concordes reditus parare quondam
Non amplo patrimonio ſolebat.

XIX.

Hi cùm virginea ſuum putarent
Ditatum ſibi prædium taberna;
Rupit fœdus amor: ſuæque ſortis
Conſortem alterum abominatur alter.
Et ſumit ſibi pars auara totum
Pulſo compare vindicare collem.
O ſordes animi! Piget morari
Diſcordi in tumulo; piget: recedo
Quàm primùm licet; atque diſſidentem,
Fraternis odiis relinquo collem.

XX.

Nec porro mora; cùm furoris ambo
Se ſenſere ſui dediſſe pœnam.
Iam faſtigia deſtituta, nullam
Conſeruant laris auolantis vmbram.
At, quà ſemita trita fert, quieſcit
Haud longè domus: & ſibi ſupremam
Hanc æterna iubet manere ſedem:
Quam nec Silua rapax, nec vlla fratrum
Diſcors arceat ira, ſed dicatis
Supplex muneribus frequentet orbis.

XXI.

Spes non irrita. Vidimus, remotis
Huc totas ruere insulas ab vndis.
Non se littore in vltimo Britanus
Excludi sinit. Huc venit, perenni
Quem Thule premit impedita bruma;
Huc, quem Cimmeriæ ambiunt tenebræ.
Hic Gades locus, hic locus rigentes
Altarum trahit Alpium colonos.
Hic septem sibi, patria venire
Horrentes niue, conspicit Triones.

XXII.

Certant munera Principum: grauantur
Argento sola; Persicòque mensæ
Dudum cedere se queruntur auro.
Hic regalibus occupata gemmis
Stant cimelia, grandibúsque baccis
Rubri littoris: hic merus renidet
Sapphiri labor: hic labor pyropi;
Hic moles adamantis, hic smaragdi.
Quicquid parturit orbis, huc ad vnam
Certat Virginis aduolare cellam.

XXIII.

Sed tanti licet aduenæ, tot vni
Pergant munera dedicare cellæ;
Maiores tamen indidem laborant
Quam quas attulerant, referre gazas
Hunc, turbantibus æquorum procellis
Puppis naufraga secum ad vsque nubes
Raptabat miserum; & relapsa, secum
Ima ad tartara pallidum trahebat.
Clamantem domus audijt; trucique
Raptum sustulit æquori clientem.

XXIV.

Hunc ferro improbus hostico petebat
Incautum globus, obrutùmque, letho.
Iam desponderat: attulit vocanti
Virgo præses opem; suasque iussit
Ferrum ad vulnera non habere vires,
Hos strages pecorum, luesque tabo
Grassanti mala presserat: Venenum
His infuderat Hydra: cancer illos,
Atque illos febris æstuans, & illos
Pestes alteræ & alteræ trahebant.

XXV.

Verùm accita laris patrona parui
Ægris adfuit: expulitque tetrum
Hic è tabifico cruore virus.
Hic æstum moderata, temperato
Venas frigore saucias refecit.
Hìc contagia corporum; hic latentes
Auertit medico liquore morbos.
Et, quos vel Libitina iam sepulchro,
Vel mens conscia destinarat orco,
Vitæ reddidit, intulitque Cęlo.

XXVI.

Huc delatus & ipse, cum beato
Fixissem reus osculum cubili,
Et prostratus humi, solum calente
Implessem rigui liquoris imbre,
Incepi gemitu loquente, mutas
Instaurare preces; opemque magna
Arctis poscere rebus à patrona:
Votis annue mater, & precantem,
(Quæ nullo sinis irritos abire)
Notis viribus adiuua clientem.

XXVII.

Si Regum mihi sint tributa; quantis:
O quantis ego te velim, tuámque
Ædem prodigus occupare donis!
Pingatur paries vbique gemmis;
Ornent lampades aureæ lacunar;
Centenis opobalsamum lucernis
Vmbras arceat, & serenet auras.
Nunc à paupere, Virgo, quid requires?
Reges talia dent; ego, quod vnum est,
Has pauper tibi lacrimas dicaui.



SYLVVLARVM LIBER SECVNDVS.

I.

CLASSICVM S.Hieronymi.

I.


VID tantas, generosa, per procellas
Tam lentam trahis, Indoles carinam?
Insanum furit æquor, & rebellis
Motis Adria præliatur vndis:
Laxata volat impotens habena
Hàc illàc Aquilo; Ceraunijsque
Et Neptunus, & Æolus minantur.
Festinant trepidi, timèntque Nautæ;
Et, quò se redimant ratèmque, sæua
Iactis æquora mercibus saginant.

II.

Tū contrà, fragilem per alta cymbam
Cunctabundus agis; feròsque lento
Pergis remigio secare fluctus.
Nec portum petis illum, vbi quieto
Stare in littore tot tibi coæuas
Castorum Iuuenum vides cohortes.
En, quanti simul annuat! suàmque
Ostentent misero beatitatem,
Dum; quas inter adhuc rotaris, illis
Gaudent degere se erutos ab vndis.

Inuitat

III.

Inuitat (viden ?) Imperator ipse
Et tuta è statione, portuosi
Demonstrat tibi littoris quietem;
Et stantes ibi tot suos clientes.
Huc succedere suadet; huc adactum
Remis omnibus applicare lembum.
Non tristes ibi turbines, nec atra
Fœti grandine sentiuntur imbres:
Sed, quæ nunc feriunt carinam, inani
In se murmure sæuient procellæ.

IV.

Non circumspicis, hinc & inde centum
Iam mersos rate naufraga Sodales?
Centum iam scopulis, & æstuosis
Hærentes malè Syrtibus, negatam
Seros poscere opem? Dolent, furentum
Ventorum rabiem, & tumentis vndæ
Contempsisse minas: fugaque nullum
Matura sibi quæsiisse portum.
Tu nondum tamen hanc tumultuanti
Cessas credere Doridi biremem?

V.

Cessa fidere, cessa, & inquietam
Verte ad littora portuosa cymbam,
Obstat mater, ais, paterque: & obstat
Opplorans soror, & sodalis obstat;
Qui portum medio in mari, & secundam
Promittunt mihi nauigationem.
Mecum omnes rate remigant eadem:
Hac, vitæ mihi cardinem beatæ,
Hæc, monstrant seriem: ubentque passis
Sulcare æquora, non timenda, velis.

V I.

Hæc audis, generose sanguis, audis
Hæc deliria (nec tuas liquata
Aures incipis obserare cera,
Dum te spernere littus; & paternos
Vult Cælo pater anteferre nutus?
Aut Syrtes per, & æquorum vagari
Per discrimina, maximam beatæ
Te sortem iubet autumare vitæ?
Non est, falleris, hæc beata, non est,
Quam dicit pater esse, vita non est.

VII.

Fac, farta tibi mille de crumena
Fului pondera blandiantur auri:
Aut, vena tibi diues è secunda
Argenti cumulum flagellet arca:
Aut de Perside barbaras rapina
Promittat tibi res auita gemmas:
Aut vni Libycas auara messes
Pleno prædia congerant aceruo:
Fac, quicquid lubet huius; illa non est
Vitæ nomine digna vita; non est.

VIII.

Fac, plures vt opes tibi laboret
Pleno copia parturire cornu,
Quàm Tartessiacæ rotant arenæ,
Lympha cum Tagus aurea triumphat:
Aût cùm stagna, crepidinesque flauo
Pactoli grauat alueus metallo:
Iesseum tamen insonare magnis
Olim vocibus audies Nepotem:
Non est hæc, Iuuenis, beata, non est,
Experto mihi crede, vita non est.

IX.

Hinc autem aſſidue licet querelæ
Fucato feriant vtramque luctu:
Et planctu genitor ſonante turbet,
Et cani tibi verticem capilli,
Et barbæ ſenium, pedûmque pronam
Oſtentet miſerabilis ruinam:
Et natos ſimul, & ſimul,& ſimul petitos
Tecum dictitet emori nepotes:
Tu ſicco, grauis,illa & illa perge
Et rurſum illa videre & illa, vultu.

X.

Tum,ſi ſollicito volaret vngue
Sparſos turbida mater in capillos,
Et fuſo faciem rigaret imbre;
Aut nato emeriti ſenile lactis
Infelix anus exprobraret vber:
Tu, per tam querulos ſerenus imbres
Quò te ſidera traxerint,labora
Maternos ſuper euolare nimbos:
Non eſt altera vita, vita non eſt
Quam laudant tibi & ille, & illa,non eſt,

XI.

Seu ploret ſoror,impleàtque clauſos
Lamentis reſonantibus penates;
Et nolit, fugiente te,ſuperſtes
Horam viuere: Seu tener ſub ipſo
Inſtet limine frater; ac precantes
Collo tendere perſeueret vlnas;
Et fratrem ſemel,alterûmque fratrem
Nexis ingeminent vtèrque palmis;
Tu palmas ſuper, & ſuper morantes
Exi quà potes,abſolutus,vlnas,

XII.

Insistat simul, hæreàtque vinclo
Obstrictus tibi Gordio, & retenta
Inter brachia pendeat Sodalis,
Et,quò tu sine me sodalis? &,quò;
Et,me deseris? vsque & vsque clamet,
Et, me deseris? vsque & vsque ploret;
Hæc tu vincula rumpe;susque dèque
Brutum murmur habet:& per implicata
Exi brachia penduli Sodalis;
Obsistat, licet,ac moretur exi.

XIII.

Quòd si dulcibus illitum propinent
Sirenes tibi poculum venenis;
Et mellis sapor indidem,& falerni,
Et rerum bona mille blandiantur,
Dein mille altera, dein secunda centum
Dein vsque altera mille, deinde centum
Dein cum millia multa blandientur,
Eheu! copia tanta gaudiorum
Vna, cùm minimè timebis,hora
Vanæ tota peribit instar vmbræ.

XIV.

Si porro(Superi abstinete dirum
Diri nominis,abstinete,monstrum!)
Si porro pharetratus exsecrandos
Materna PVER arte subdat ignes;
Et tæda latus ambiat, potentes
Qua cæcus quatit aliger gigantes;
Alas indue tu; fugàque peruix
Quà te cunque potes,facesse,Nullis
Hic telis locus; vna vincere ista
Duntaxat Fuga discit in palæstra.

Sperato

XV.

Sperato temerarium Iuuenta
Si vitam malè suada lactet æuo,
Et centum Pyliæ tibi senectæ,
Cornicìsque aquilæque figant annos:
Ah! ne credulus immorare: noto
Pridem secula decipit cachinno.
Nam curis vbi liber,ad futuros
Annorum incipies vacare lusus,
Ex Annis Aquilæ, Iuuenta totum
Nec mensem tibi,nec diem,relinquet.

XVI.

Elati quoque verticis superbas
Si te gloria ventilare Cristas,
Aut fartos iubeat tumere inani
Folles aere, barbarò que picta
Splendere atria curet apparatu:
Et vel murice Punico rubentes,
Circumdet, Tyrianthinàsque vestes,
Vel Sellas tibi deferat Curules
Vel fumos,& amabiles honorum
Obtrudat tibi liberalis vmbras:

XVII.

Hic tu, quisquis eris,repente Cristas
Et Sellas, & inutiles abesse
Fortunæ dubiæ iubeto curas:
Et fastum,& Tyrij coloris ostrum,
Et Sirenas, & alteros inanes
Cæli cedere amoribus fauores.
Absistat pater, anxiòsque ceslet
Mater perdere cum sorore fletus:
Et frater gemat,& gemant clientes;
Vnus tu gemitus habeto nullos.

Tum

XVIII.

Tum Phœbus, sine, territos minetur
Oris omnibus auocare currus:
Et nutent elementa; misceantque
Lymphas ignibus, aeremque terris
Vt quassus simul orbis ingruentes
Actorum sit iturus in ruinas;
Tu stabis tamen; acriorque dices,
Quæ res cumq; animum potest trophæis
Immortalibus auocare, non est,
Non est, fallimur, illa vita; mors est.

II.

NAVTICVM

S. PETRI.

I.



AM Cæli medium, volante biga,
Terris LVNA silentibus subibat;
Et parua rate pĕdulaq; PETRVS
Sulcabat mare cærulum carina,
Nec Syrtes aberant; & impeditos
Terrebant vada transeũda nautas:
Cùm lassos tabula in rigente, magnus
Petri deposuit Magister, artus:
Vt iussis sopor irruens tenebris
Binos luminis alligaret orbes.

II.

En! turbo ruit impotens,& actis
Vndas impulit Africus procellis.
Surgebant freta, patriósque Cælo
Miscebant, propè territo furores.
Iam ventis aqua feruere; anxiúsque
Iam malus gemere;& fremente rumpi
Euro suppara; tortilésque fractis
Iam succumbere viribus rudentes;
Et subsidere cymba;pallidósque
Cæca exponere nauitas in vnda.

III.

Hic Petrus quid agat! suósne tendat
Maiori violentia lacertos?
Et remos trahat acrior? Sed illis
Atque illis mare contumax rebellat.
An iacta ratis anchora, abnuentem
Exspectet medio in mari salutem?
An merces(graue pondus)atque Iberum
Fluctus spargat in horridos metallum?
At Petrus neque mercibus, nec vllo
Pauper nauigium grauarat auro.

IV.

Hæc solatia,nempe sunt eorum,
Qui, cùm diuite sarcina phaselum
Depressere, vidèntque iam ferendis
Se subducere Nereum carinis
Non parcunt opibus:sed vniones
Quæsitos procul,& fluente partas
Cum sudore periculísque gemmas,
Mutati fugiunt: metùque victi,
Dum puppim releuent,suas tumentem
Vltro præcipitant opes in vndam.

V.

Non hac arte PETRO licebat Euri
Iuratam rabiem, fretique surdas
Exarmare ferocientis iras.
Nam cui diuitiæ fuere solæ:
Vdo retia fabricata lino,
Et rorantia vela; si vel omnem
Hanc talem prior occupasset vndis
Indignantibus obsipare prædam:
Spreta paupere sarcina, perennem
Exercere salum parasset iram.

VI.

Mortales igitur Petrus valere
Cùm remis iubet, anchorisque vires:
Nec veli memor, arbitrum marinæ
Supremum properat vocare lymphæ:
O magni maris Imperator, altos
Reclusis oculis tuere fluctus.
Iactamur pelago, rudèmque sæui
Nunc in Tartara, nunc ad ipsa puppim
Tollunt sidera, deprimùntque venti.
Tu dormis tamen vnus, & quiescis?

VII.

Sensit flebile murmur, excitatus
Nautarum trepidantium querelis;
Et PETRI prece flexus, insolentes
Respexit Thetidos magister vndas,
Vultu, quo solet increpare tetras,
Cùm Cœlo iubet emigrare, nubes
Hoc, Austros quoque iussit, & proteruos
Ponto cedere fluctuante Cauros:
Hoc, omnes fremitùsque, turgidòsque
Iussit Tethyos acquiesse motus.

VIII.

Nec multis opus imperare: verbo
Turbas compoſuit diſertus vno,
Quo murmur Salis, Æolûmque iuſſit
Obmuteſcere. Iuſſit: & repente
Infracto furor Africo receſſit;
Euri languit impetus: reſedit
Inſanus tumor æquorum: faceſſunt
Antennæ gemitus: quieſcit omnis
Vectorum pauor, Illico ſecundis
Tuta ad littora cymba fertur auris.

IX.

Hanc Ponti ſubitam quieta pacem
Mirantur vada: gurgitemque vaſtæ
Ceſſant æquoreum timere Phocæ:
Ludum ſquamigeri greges, & acta
Conferti latus ambiunt chorea.
Delphines procul adnatant: nouumq;
Rectorem cupiunt videre Thynni,
Qui tantum ſibi ſumat, æſtuantis:
Vt ſolus ſine fuſcina, & ſine vllo
Neptuni mare terreat tridente?

X.

Dat Plauſum Petrus interim; & magiſtram
Agnoſcens Domini potentis artem:
Qua ventos ſibi, qua ſibi procellas,
Et fluctus ſalis, & tumultuoſas
Nutu tam facili ſubegit vndas,
Exclamat: procul hinc, procul faceſſe
Sæuorum metus æquorum: Timere
Hoc rectore pudet. Sub hoc ego vno
Iam tutus mare NAVIGO magiſtro:
Mox, cùm iuſſerit, illud AMBVLABO.

III.

AVLICVM VITÆ Ambitiosæ.

I.

QVI Regni dominam potentis aulam,
Aut fasces populi, grauesque pressis
Ambit ciuibus, arrogans, secures:
Aut vrnæ cupit arbiter, cateruis
Sæuum ostendere pallidis tribunal:
Aut terris amat vrbibusque fixas
Nutu condere fulminante leges:
Hunc voti temerarij, ad stateram
Si pœnas dare, quas meretur, optas,
Opta, vt protinus impetret, quod optat.

II.

Heu, quantis volet esse mox redemptam
Voti stultitiam sui talentis?
Non illo minus ingemiscet, haustas
Qui, quas contigit extimis labellis,
Eua nescere deprehendit vndas.
Aut qui poma legens volema, Lydi
Ve rti sensit indolem metalli:
Tunc voti mala deprecans inepti,
Mutatis, sapientior, petitum
A sese, auriculis, abegit aurum.

III.

Ceu ripæ ſuper algidæ gelatos
Decurrens fluuios, ſibi timendas
Inſtaurat pede lubrico ruinas:
Aut altas quaſi plumeo per auras
Fertur remigio, & malè ominati
Pennis nititur Icari; ſuperque
Vndantes maris improbi procellas
Ceratis vagus eleuatur alis;
Caſurus, ſimul ac meridianos
Titan excierit propinquus ignes.

IV.

Quot noctis ſpatia inquietus, & quot
Infeſtis peraget diurna curis?
Nam farto licet incubet grabato,
Et texto latus ambiatur oſtro,
Prolixas tamen exſecratus, horas,
Inſomnes vigilabit inter vmbras,
Dum plus quàm Tityum Prometheumque,
Lento ſupplicio renata ſemper
Rodet viſcera tortor; & cruentus
Inſtabit ſuper exedetque vultur.

V.

Quamuis Aſſyrio grauata luxu
Centenas oneret culina menſas;
Aut hoſpes maris attagen, trilibres
Aut ales premat Africana lances:
Quamuis Maſſica promat aut falerna
Feſtis vina miniſter in culullis;
Aut ipſum, Ioue non vetante, nectar
Idæus puer affatim propinet:
Impaſtus tamen illa delicatas
Inter pocula nauſeabit eſcas.

VI.

Illi pectine si cohors eburno
Ludat Pieris, occinatque carmen,
Et plectro iubeat suos iocante
Omnes, quotquot habet, sonare neruos
Lugebit tamen ipse, consciòsque
Cum sensu premet abdito dolores.
Nec clausos animo valebit ægro
Methymnæa chælys leuare questus:
Orpheam sed vbique præualente,
Turbabit gemitu tragœdus artem.

VII.

Centum mænibus interim, oppidisque
Centum & gentibus imperet, superbo
Excelsus solio; atque vtrinque septum
Centenæ latus ambiant Sarissæ; &
Stipent mille Satellites euntem; &
Circundent totidem ensibus ministri; &
Districtis totidem alteri verutis:
Pallebit tamen vnus inter illam
Infelix aciem; suasque in ipsis
Anceps ciuibus expauescet hastas.

VIII.

Seu bello domitos ferox quadriga
Hostes victor in aurea triumphet:
Et turbas videat trahi rebelles
Inter vincula; sordidòsque nexis
A tergo manibus præire Reges:
Tòtque effulgere signa, tot trophæa,
Tòtque applaudere militum sonoras
Hinc atque hinc comitantium cohortes:
In curru tamen illò, & illo in ipso
Se mirabitur exulare plausu.

IX.

Pæstanos pede, fac, pererret hortos
Et florum color hinc amæniorum,
Hinc sensus odor æmulus lacessat:
Et se lilia vbique, vbique thymbræ
Et calthæ, & violæ offerant eunti:
Quicquid denique calcet, id sub ipsis
Confestim rosa d scat esse plantis:
Mærebit nihilo minus: rosasque
Dum planta teret ambulante, vepres,
Se calcare putabit, atque sentes.

X.

O Sceptri graue pondus; ô redemptas
Regum mille periculis secures?
Quis blando hanc meruit subire primus
Fucatam tituli, colore pœnam?
Vrgeri neque mole se Typhœus
Maiori queritur: licet Sicanæ
Arctatus tumulo prematur Ætnæ.
Durum est, exilium timere, durum est:
Sed, si rem bene computes vtramque,
Multo durius est Timere Regnum.



IV.

PANEGYRICVM Vitæ Modeſtæ.

I.


VI rebus modò ſeriis vaciuas
Iucundis modò, commodatis aures,
Huic aures date carmini. Supernæ
Cùm Cimelia curioſus aulæ
Luſtrarem:modica patente rima
O quantas mihi, quaſque contueri
Obtutu licuit vagante gemmas?
Fuluæ cedite Iaſpides! valete
Sapphiri! neque Sardonix in illa
Blanditur mihi,nec Smaragdus,aula.

II.

Sed baccas ibi maius inter omnes
E gemma iubar emicabat vna;
Illam Indo nihil vt vererer auro
Pluris ducere, pluris & pyropo.
Non illam neque Perſici,nec æris
Æquent Iſthmiaci talenta,quamuis
Fœcundo bimaris Corinthus æſtu
Inſtauret veteres mihi fauillas:
Aut votis iubeat Midas ſecundis
Tactas rurſus in aurum abire lymphas.

III.

Quærenti mihi, nomen inuidendæ
Ecquis proderet indolemque Gemmæ!
Nomen prodidit Aliger. Beatis
Cæli ciuibus agnitum; datoque
Plausu nomen & osculo receptum:
Quod quondam neque mobiles Quirini
Agnouere tribus; nec Hydrus ille,
Qui fastu crepuit suo, appetitis
Cum de sedibus excidit, perennem
Actus, fulminis instar, in ruinam.

IV.

Hanc possunt tenuesque diuitesque
Mercari, fine & auro, & ære, gemmam.
Magnæ est auctio mercis. Hasta toto
Vobis ponitur (aduolare) cælo.
Sed paruo semel empta, diligenti,
Ne quondam pereat, fouenda cultu est.
Insopitus enim laborat illam
Hydrus tollere; quærit illam, & ambit:
At, quærat, licet, ambiatque; nummo
Non mercabitur illam auarus vno.

V.

Tu verò simul emeris, cauebis
Celsorum iuga montium, & videri
Postremissimus omnium studebis,
Et ludus fieri iocusque terris;
Solis notus vt approberis astris.
Contemptus, licet, ingruant, & aures
Probro continuo tuas flagellent;
Gaudebis tamen; vberemque ab illo
Tu quæstum tibi ludicro: sed Orco
Questum crescere plurimum videbis;

VI.

Cùm palpo tibi blandiente sensum
Mulcebit malesuada turba ; vultu
Auditas fuge tristiore laudes,
Atræ sibila quam fugis colubræ.
Ne tu, ne capitor. Latent sub illis:
Diri fascina fasciæque Ditis.
Quicquid Gloria, Gloriæque pompa:
Plena suggerit, & crepante bucca;
Fucati vapor est coloris: intus
Sexcenti vigilant doli, & dolores.

VII.

Ventis subtrahe vela, cùm superbæ
Per scyllas, scopulosque, perq; Syrtes
Ad littus properant inanæ cymbæ.
Vnam hanc si superaueris charybdim,
Ibis cætera tutus; auiasque
Lerneæ fugies vias Echidnæ.
Hoc te tramite Cerberus vagantem
In præceps trahit. Hàc & ipse ductus,
Cælo decidit, & malè appetitam.
Scala deseruit ruente Sellam.

VIII.

Æquales licet inter, aut minores,
Lecto accumbere debeas in imo:
Tu dura modò; principem hi relinquent
In cæli tibi regia cathedram.
Nam versa locus hi suas & ille
Mutat sorte vices: Probos in isto
Contemptus manet: Improbos in illo.
Quare, si sapis, acquiesce; & vltro,
Nec tu semper ibi infimus recumbas,
Hic Sella semel infima recumbe.

IX.

Postica quoque si petare Sanna,
Ne tu ringere, neu morare: noster
Iam pridem tulit Imperator istos
Inuicta patientia cachinnos;
Quem quondam fera lingua nominarat
Aut dirum stygiæ magum palæstre,
Aut multo madidum mero nepotem,
Aut vafrum stolidi ducem popelli:
Ac demum, vt fragilem dedere cannam,
Ausa est turba vocare morionem.

X.

Heu quos præterea (erubesco) risus
Et ludos tulit, & iocos, & iras?
Illic induitur (viden?) rubentes,
Hic albas, furia iocante, vestes:
Illic poplite luditur recuruo,
H c stanti coma pectitur vepreto,
Hic spurco temerantur ora cæno
Nec scena tamen ipse fractus illa,
Stat vultu generosiore; dàtque
Et pugnis caput obuium, & cauillis.

XI.

I nunc, i comes ergo, pèrque sannas
Et conuitia per, per & cachinnos
Cùm spreto rue, quà potes, magistro.
En, cinctum caput omne senriceto est!
Et tu deliciis inanisque
Immunes, mulier, fouebis artus?
Et sanè pudor, est vbi videntur
Hic mollis manus, hinc cruenta ceruix
Si Christi cupis esse de triumpho,
Te Christi decet interesse bello.

XII.

Hæc eſt ianua, quid vereris? hæc eſt:
Hac euaditur in Tonantis aulam.
Anguſto tamen hæ patent hiatu
Depreſſòque fores: Rigente nemo
Huc intrò ſinitur ſubire collo,
Obſtat limen, vt impedita paruos
Ceruix arietet inter alta poſtes.
Res eſt plena periculi, vel hilo
Exceſſiſſe modum. Proinde nullos,
Qui ſuccedere vis, habe cothurnos.

XIII.

Hac & tela parantur arte, & arma,
Lethæi quibus improbas Tyranni
Artes ludis & arma. vincis, iſta
Armatus quoties minaris haſta:
Quam ſeu pumilionis à minuto,
Seu laſſi & tremuli ſenis remiſſo
Vibrari ſibi ſentiat lacerto,
Vertit terga fremens; & ominoſæ
Iam pugnæ ſatur, immemòrque palmæ
Damnato redit in ſtygem duello.

XIV.

Sed, dum bella mouere ceſſat Orcus,
Orci filia prodit; atque mentem
Circæo tibi proculo venenat,
Victis Gloria cùm ſuos trophæis.
Vendit, ſchemate mentiente, fumos.
At tu, ne vacuas morare laudes:
Rumpatur licet ipſa, ganniàſque
Clamètque, crepitètque, pretiòetque:
Tu geminam hanc preme pertinax: & illa
Surdas garrula vellicabit aures.

XV.

Si tecum, lare non inhoſpitali,
Cæleſtem recubare vis Columbam;
In fundo ſtrue nidulum profundo:
Nec de Memnonia volucre plumas
Nec de Syrmate blandiente Paui
Fucatas ibi collocato pennas.
Cupreſſos fugit, incolitque nullas
Alti verticis, hæc, Columba, cedros:
Sed preſſæ fruticem eligit myricæ,
Et rami in lare nidulatur imi.

XVI.

Hac ergo iuuat ire me: nec, Orbis
Incumbat licet vltimæ labantis,
Hanc tollent mihi ſemitam, ruinæ.
Vires ſuffice, Chriſte, nil recuſo:
Ibo, qua video præiſſe, te, ibo,
Nullo fractus ab ingruente damno,
Nec præterritus imminente probro:
Per ludibria quæque, perque riſus,
Per conuitia contumeliaſque,
Cunctorum iocus ibo Sannionum.

XVII.

Tu ſcabram prior ipſe, tu moleſtam
Hanc emenſus es ambulationem,
Nullo nec pede dum, nec arte, tritam.
Hunc ipſum mihi iam proinde callem
Heroo iubet ambulare paſſu.
Nam, quà te DOMINVM DEVMQVE ſeruus,
Monſtrato video præiſſe flexu,
Illac degener inſequi recuſem:
O factum malè: perfidi ò pudendum,
Tanto ſub duce, militis timorem:

De-

XVIII.

Decretum est. Procul esse, abire, vani
Omnis pompa choragij. Tacete
Mendaces hominum aridique plausus:
Vestrorum canite ostiis clientum,
Posthac auribus abstinere nostris:
Et vos ocyus atrio vetustæ,
Toto excedite porticuque Ceræ;
Tuque, & Fama perennis, & superstes
Centum ad sæcula Nomen, interite
Me viuente potestis: interire.

XIX.

At vos, deliciæ meæ; venite
Quantæ estis populorum vbique, Sannæ,
Et linguæ probra, & aurium, & cauillæ,
Omnes agmine turbido venite:
Vos (victricia cum trophæa cernam
A nostro duce fixa; pendulamque
Quadrata a trabe, cum latrone, VITAM)
Amplexu, nihil abnuente, prenso.
Vos plenis (properate, quotquot estis)
Hospes gestio basiare votis.

XX.

Vos olim tetricas, & exsecrandas
Mactati cruor expiauit AGNI,
Et suaues, Siculæque dulciores
Nobis melle fauosque fecit Hyblæ.
Atque in difficili foro, ad seueri
Cum quondam rea Iudicis tribunal
Stabunt agmina, vos pia clientes
Circumstabitis aduocatione:
O, vestros ibi (nil precabor vltra)
Vos inter numerate me clientes.

V.

PALÆSTINVM Godefredi.

I.



VVm Pelusiaci iugo tyranni
Pressos palmiferæ lares Idumæ
Victus cerneret orbis; inque Sacris
Lunatas acies ouare campis:
Planxerunt Solymæ; vberèsque captam
Implerunt lacrimæ Sionis arcem:
Et Calui iuga montis, aduenarum
Quondam trita perennium cateruis,
Manserunt mera Tesqua, ciuibusque
Deserti simul aduenisque Calles.

II.

Et moles TRABIS illa, quæ trifaucis
Elisit caput inferum Draconis,
Quæque vna stygij æreas refregit
Impacto ariete carceris cauernas,
In squallore iacens, carebat illo,
Quem terræ dederant & astra cultu;
Et ductura situm, graues gemebat
Inter carceris ærei tenebras,
Ægypto data præda: gloriosi,
Quem quondam egerat, immemor triumphi.

Tum

III.

Tum Rupes veneranda, quæ obſerato
Diuinum lare fouerat Cadauer,
Et poſt tempora tridui, relicto
Viuum viderat exſilire buſto,
Languebat Senio; ſoloque agreſtes
Toto creſcere ſentiebat herbas:
Et MONS, paciferæ ferax oliuæ,
Qui diuina pedum, virente ſemper
Monſtrat ſigna iugo, dolebat, illis,
Illis oſcula iam deeſſe plantis.

IV.

VRBS ingloria, pallidos trahebat
Vultu ſquallida lugubri colores;
Et teſtudine patria ſonoras
Nuſquam plaudere inaudiebat auras:
Nuſquam gaudia carminum; Sed ægro
Feſſi quiſque ſilentio, videbant
Longè Nablia, deſitamque longè
Diffugiſſe chelyn. Tacebat altùm
Rupto pectine barbitos; ſuaſque
Damnabant inhonora plectra chordas.

V.

Hinc templis ſuus omnibus, ſuuſque
Feſtis eſt honor abrogatus aris:
Et nec floribus vlla, nec virente
Stabant oſtia marginata lauru;
Nec ſpes cominus vlla, quæ cupitam
Terræ oſtenderet exuli ſalutem.
Nam, cùm barbara ſemitas, & omnes
Ægæi manus occuparet vndas,
Germanos aditu Italoſque toto
Et Gallos prohibebat, & Britanos,

Perrupit

VI.

Perrupit tamen æquor (o ſecundum
Rebus triſtibus omen!).inuioſque
Tanto tempore tramites, patrona
Tullingi manus Herculis reclúſit:
Obſtarent licet arma, acinacemque
Pellæi quateret furor Canopi,
Perrupit Godefredus; & feroces
Bello terruit; vſque dum potenti
Heros agmine Martiis, fugatas
Caſtris exuit omnibus phalangas.

VII.

Ceſſi; prima viro, deditque victas
Vrbs Nicæa manus: vetuſta cuius
Stabat gloria, verticemque longè
Bithynas ſuper efferebat vrbes:
Non illam numero ſuperbientes,
Non ferro potuere, non ſagitta,
Non defendere machina, tyranni:
Qui, quamuis adamantina ſtetere
Muniti tunica, fuere noſtris
Vnà omnes penetrabiles ſariſſis.

VIII.

Diſtabant procul alteri, ſuperbo
Inſignes titulo ambituque muri:
Quà ſtagnat fluuio Syrus refuſo
Nec pontes patitur ſuos Orontes;
Hos armis operiſque Martiales
Cingunt acribus, obruuntque, turmæ.
Nequicquam Antiochi parant Coloni
Arma opponere, debilemque Daphne
Phœbum poſcere: dum interim ruente
Europæ manus potitur Vrbe.

IX.

Hic quanquam ſpolijs auara captis
Farciri potuere Caſtra; & auri
Argentique reperta, militarem
Præda explere ſitim: reliquit omnem
Tullingus tamen hanc; ijtque prædam
Quæſitum ſibi dux opimiorem.
Nec deceptus amor. Latebat ima
Donum grandius abditum cauerna,
Ignoto populis ſinu. Sed alto
Res eſt indice deprehenſa Cęlo.

X.

Ferri cuſpis erat: Rigata ſacro
Perfoſsi lateris cruore, quando
Per præcordia Numinis. coactam
Exegit rabidus Satelles haſtam.
Hanc terræ gremio erutam, in reuerſos
Signum ductor vt inferebat hoſtes,
Confeſtim trepidare barbarorum
Infelix legio. At ferire ferro
Quos ſtricto nequijt, perire VISÆ
Victor cuſpide LANCEÆ, coegit.

XI.

Reſtabant Solymæ; vltimus duelli
Suſcepti labor: has volebat emptas
Europæa ſuo cruore pubes.
Intus barbara turba; barbariſque
Audax cominus eminuſque noſtrum
Stabat pellere militem ſagittis.
Sed ferro Godefredus; & patrono
Rupit mænia barbaroſque Cœlo.
Et per tela volantia, & per enſes
In captam prior euolauit vrbem.

XII.

Hic felix gemitu Sion omiſſo
Priſci gaudia temporis reſumpſit:
Et luctum, ſolitaſque cum reuerſo
Mutauit lacrimas Iduma riſu.
Nec porrò mora: iamque cœpit omnes
Terris omnibus aduocare gentes.
Confeſtim, properantibus ruere
Votis agmina mille; perque terras
Omni ex ordine mille; perque lymphas
Omni ex littore portubuſque, mille.

XIII.

Feſtinant Latialibus togati
Vſque accurrere finibus Quirites.
Inde Antenoreas, probante Nereo,
Portant Euganeæ trabes Colonos.
Certant puppibus æquora. Hic Hetruſcæ;
Illic Partheniæ, gemente remo,
Iratum mare verberant triremes:
Illic Daunia vela, cum procellis
Luctantur patrijs; & hic Sicana
Inter Trinacrios Carina fluctus.

XIV.

Mox Germania Teutones: Iberos
Mox miſcet Tagus, & Garumna Gallos
Mittit Viſtula Sarmatas. Ab Iſtro
Currunt Pannoniæ vltimo cateruæ.
De Rheno ſubit alter, & Viſurgi
Deque Albi globus hoſpitum; & remotis
Accedit globus alter è Britannis.
Et Sacræ freta nauigant Tiaræ:
Et ventos auidi per, atque fluctus
Audaci properant bireme Reges.

XV.

His vnum ſtudium omnibus, madentes
Magno ſanguine ceſpites, & oram
Calcatam pede numinis, recuruo
Perreptare genu; labriſque ſacras
Veſtigantibus admouere glebas:
Et rupem venerabilem ſepulcri,
Et faſtigia montis, & verendam
Aſſertæ CRVCIS aream; & patronas
Naſcentis PVERI atque vagientis,
Lætis imbribus irrigare CVNAS.

XVI.

Quos Heroas vbi tot vnà, Eoo
Viderunt Solymæ ſubire portu,
Primæuæ memores beatitatis,
Cæperunt reſides mouere chordas,
Et neruis modulantibus, reuerſos
Vnà omnes procul aduenas, ſed vnum
Tullingi laris aduenam inter omnes
Gotfredum, modulatius ſalutant.
O felicia Carbaſa! o ſecundos
Noſtra in littora Cælitum fauores!

XVII.

Tu verum, Godefrede, tu renatæ
Adducis patriæ patrem, repulſo
A ceruicibus hoſte, redditaque
Libertate loco: meoſque porro
Deſertos prohibes iacere colles.
Quid dignum meritis precemur iſtis?
Quid dignum, Godefrede? Tolle faſces,
Faſces tolle meos: & illa regni
Primus Sceptra reſume, quæ tot antè
Ieſſæi ſibi ſumpſerant nepotes.

Oblatum

XVIII.

Oblatum & diadema, purpurascens
Auri luce, micantibusque pictum
Rubri littoris Indicique gemmis:
Sed voto, Godefrede, tam profuso
Vnus tu malè contumax repugnas;
Qui, gemma, fugis, aureoque. Seruam
Illic cæsariem grauare serto,
Contextis vbi vepribus, nocentem,
Complorantibus Imperator Astris,
Quondam gesserat, innocens, Coronam.

XIX.

Mirantur Superi modesta ciues.
Gofredi studia; alteramque quærunt
Digno Sidera vertici coronam:
Quæ dum texitur, interim recepta
Securus fruitur Sione victor;
Gratantur populi; triumphat orbis;
Et Calui iuga montis à cruento
Quadratæ Trabis inclyta trophæo,
Et Rupes tumulo superba magno,
Desueta properant virere lauru.

XX.

Tunc ætas redijsse visa, qualem
Saturno perhibent fuisse, pleni
Cùm mellis ruerent per arua riui.
Tunc Aris fuit, & fuit reclusis
Majestas sua restituta Templis.
Tunc & triste Silentium, sonoro
Ruperunt plateæ incolæque plausu:
Et testudo suum, suumque iussit
Intermissa diu chelys, resumptis,
Certatim melos insonare plectris.

VI.

BELLICVM,
Tillij.

I.


QVIS belli furor? vnde cum cruento
Grauidi Soror exsilet flagello?
Atris Eumenidum secuta tædis
Instat turba; quatitque dissolutos
Nexis effera viperis capillos.
An fluctus iterum suos procellis
Tollit Sestias vnda Bosphoranis?
Et rursum Odrysij cliens Tyranni
Euxinus refluo minatur æstu
Obnixum ruere impotens in Istrum?

II.

Heu vanos animi metus! Quietas
Seruas Hæme tuas,& Hebre iunctas
Nobis fædere polliceris vndas.
Nec tu barbara ter ritos reducto
Germanos Rhodope lacessis arcu.
Sed vicinior alter æmulantem
Hostis stringit acinacem. Exterisque
Dum Germania non mouetur armis,
Infelix sua sensit ambulantem
Intra viscera, nec timebat, hostem.

En,

III.

En, quanto trahat impetu rebelles!
In bellum populos crepido NICRI?
Illis Bactra peti, feramque credas
Exſcindi Babylona poſſe turmis,
Aut Artaxata, Caſpioſque ſaltus,
Et Craſſi madidas cruore Carras;
Aut ſi quam magis horridam Niphates
Euphrateſuè lauat, Tigriſuè gentem:
Aut Byrſam, Libicoque Sole toſtos
Ad pendenda peti tributa Mauros.

IV.

Non ſunt, falleris, iſta: Sed ſceleſtos
In patrem patriamque tot cohortes
Ruptos fœdere moliuntur enſes:
Dum grandes Aquilæ biformis alas
Ferro cædere perfido laborant;
Et regnum, & diadema, debitaſque
Auguſto capiti, volunt pudendi
Vſurpare clientuli coronas.
Hoc Ciuile ego bellum! an eſſe cunctis
Plus ciuilibus autumabo bellis?

V.

Primis excita Claſsicis, ahenos
Thoracas, clypeoſque caſsideſque
Attollit Praga; barbaros ab alta
Dum ludos dedit inſolens feneſtra;
Quos potæ, licet imperante, nunquam
Auderent dare Mænades, Lyæo.
Hic vicinia cruda Marcomanni,
Et pubes malè feriata Quadi,
Et duri nemorumque valliumque
Turmatim ſociantur inquilini.

VI.

Mox Budoris equos viroſque Marti
Adiungit comites; piamque falſa
Pacem fronte ferens, ſinu latentem
Infido gerit, ac releuat, hoſtem.
Vnà efferuere bella per bicornis
Rheni littora; conſciaſque Mauors
Ripis omnibus euocare gentes.
His vltrò vagus agminis Cheruſci
Dux accedere; qui manu reuulſa
Mox cæpti luit improbi furorem:

VII.

Nec ſegni rabie ferocientes
Hinc Daci properant, iugiſque ſeptem
Effundunt habiles in arma turmas:
Illinc Pannones horridas ab oris
Arceſſunt glacialibus cohortes.
Tum Catti ſua ſigna fulminanti
Auſi opponere ſunt Iouis volucri.
Et Cimbri rapuere ab alſioſis
Agmen Cimmerijs, vt impiatas
Magno in Cæſare figerent ſagittas.

VIII.

Partes corripit vltimas, vocatus
Arctoo Gothus è ſinu. Secuti
Pacto fœdere Saxones. Secuti
Amnes, littora, mœnia, oppida, arces.
Mens diſcordibus vna; iuſque faſque
Omne euertere peierante bello.
Nec parui ſitiens cruoris, imæ
Quærebat iugulos machæra turbæ;
Sed grandes animas, graueſque ſacra
Ibat perdere vertices Tiara.

IX.

Manabant ſola iam cruore ; & vrbes
Sparſis in cineres iere flammis :
Iam ſtantes alibi inchoabat aras ,
Et ſacraria cælitum , & verenda
Summi limina numinis , profanus
Ferro vertere barbaro Satelles ;
Iam cunabula Romuli , Remique ,
Et cliui penetrale Vaticani ,
Et rupem Capitolij , & potentem
Petri exſcindere deſtinatat Arcem ?

X.

Quid , quod ſacrilegus Satelles , acta
In ſacras ſuperum iconas bipenni ,
Funeſtis epulas dabat fauillis ?
Hoc nempe , hoc docuit magiſter ille ,
Qui cum tergora Celtico notatus
Eſſet ſtigmate , vulneris pudendi
Vlturus probra , in obuiam iubebat
Conſpectæ CRVCIS arborem , inque CHRISTI
Pendentis ſimulacra , contumaces
Vultu , ſtringere , non rubente , dextras .

XI.

Inde illud CRVCIS agnitæ trophæum
Nunc tenſo petijt proteruus arcu ;
Nunc fiſſum , cuneo pauente , ſæuos
Egit viribus impijs in ignes .
Et quid denique non ? videbat ipſum
Lugens patria numen , albicanti
Sub velo Cereris , per impiatos
Calcari pede barbaro Nepotes .
O Cœli patientiam ! o ad omnes
Verè fulmina iam modeſta pœnas !

Quò

XII.

Quò ſe verteret hic, quibuſque verbis
Conſternatus opem rogaret Orbis?
Armatur Iouis Ales, & recuruos
Notis viribus experitur vngues;
Non qualis ſpecula ſolebat alta
Imbelles ruere acer in Columbas,
Aut fixo leporem ferire roſtro:
Sed qualis ſolet eſſet, cùm triſulca
Portat tela. Ioui miniſter, altoſque
Ignita face fulminat gigantes.

XIII.

Clangentem ſimul Alitem Iubatus
Audiuit Leo: iungitur. Decebat
Regina vt volucrum, ſibi pararet
Icto fœdere principem ferarum:
Qui longa patientia moleſtas
Quondam diſſimulauerat catellas:
At grandes ſimul imminere vaſto
Latratu ſibi ſenſerat moloſſos,
Excuſſa patientia, minaces
Magni roboris exſerebat vngues.

XIV.

Vrgent interea, ſtudentque ciues
Concordi ſuperos mouere fletu,
Ipſa obtundere grandibus querelis
Auſi Sidera: Da DEVS, labanti
Da mundo, pater, alterum, alteroque
Qui maior meliorque ſit, Camillum.
Tot peſtes hominum, hoſtium tot enſes
Europæ excidium, tuiſque flammas
Aris omnibus, omnibuſquè. Templis.
Non vni Capitolio minantur.

XV.

Audiuit DEVS; exijtque magnus
Fausto TILLIVS omine; & secundi
Maior nomine Tillius Camilli.
Huic & Relligio comes, suarumque
Omne agmen sociauerat Sororum.
Huic promptam dederat manu iuuentam;
Huic claram experientia Senectam;
Hunc per lustra decem (minante quamuis
Fortuna variabili) sinistros
Nunquam siuerat expauere casus.

XVI.

Hic, sumptis vbi se leuauit armis,
Quantis cingere se solebat ingens
In sæuum Æaciden iturus Hector;
Omnes vidimus illico rebelles
Retro cedere militum phalangas.
Iam NICRI minor asueus, subactas,
Qua quondam tumuit superbus, ibat
Vnda lambere mitiore ripas:
Iam vicina Pragæ tumultuantis
Mutato iuga gaudio tacebant.

XVII.

Mox Lethen subijt vagus Cherusci
Prædonis furor: occiditque trunco
Mox alter malè Trossulus lacerto.
Heu me! quas dedit iste, quasque pænas
Æternum dabit? Æger in suprema
Cùm iam pergeret æstuare lucta,
Informem, per hiantium labrorum
Ora, erumpere vidimus draconem,
Monstrum informe! tricuspidem minacis
A tergo speciem trahens flagelli,

XVIII.

Nec votis melioribus, duellum
Dacus finijt impium; Coactus
Tentata fugere vrbe; seque rapto
Prædo inglorius abdicare regno.
A tergo Nemesis secuta, pœnas
Exegit scelerum. Tumore diro
Plena hydrope cutis; sitique siccas
Æterna calor obsidere fauces.
Et morbi medicina qualis? ipso
Longè immanior (erubesco) morbo.

XIX.

Damnarunt sua Castra, territique
Martem poscere desiere Cimbri.
Et, quem Cimmerijs Enyo ab vndis,
Victo miserat exuli, potentem
Magnis cum legionibus, patronum,
Abiecta domitus recessit hasta.
Et, quas denique Calua Luciani,
Quasque Islebica traxerat propago,
Omnes, ceu radijs niues obortis
Iussit Tillius interire, turmas.

XX.

Tum septem rediuiua per Triones
Cœpit Relligio vigere: cœpit
Antiquos pietas fidesque mores,
Candoremque suos auita virtus
Primæuum renouare per nepotes.
Et, voto, heu! properante, gratulatur
Sacros patria restituta cultus.
Rursum Templa patent; & altiores,
Quæ nuper, propè dirutæ, iacebant,
Terris omnibus excitantur Aræ.

XXI.

Pelluntur ſtygiæ canina linguæ
Portenta vndique: Nec ferire noſtras
Latratu ſinitur Miniſter aures:
Quæque in Vindelicis pudenda luſtris
Infans vagierat, ſuis iubetur
Iam ruptis anus exſulare Cunis.
Et, quam Gallia Lilio notarat,
Germanos Furia eſt coacta fines
Tergo linquere cum rubente, & ima
Orci quærere nidulum in lacuna.

XXII.

Illa autem (Superij!) dicata quondam
Magnæ mœnia Virgini; ſed atra
Mox deformia labe, quæ pudendis
Centones laceroſque ſordidoſque
Nuper centuriauerant cauillis;
Quæque, à cælibe lectulo ſalacem
Vt diuortere comperere myſtam,
Cantarant profugo Thalaſſionem,
Prima ex omnibus auſa abominatas
Probroſæ Veneris probare tædas:

XXIII.

Quas illa ſceleris dedere tanti
Pœnas mænia? Cùm volante flamma
Hauſtos Mulciber abſtulit penates?
Cùm tectis trepidantibus rebelles
Vindex implicuit ruina ciues?
Cùm turbam vagus alteram ſatelles;
Ferro ſterneret; alteram cruentus
Vnda mergeret; vſque dum per omnem,
Ripis attonitis, liquore mixtus
Natiuo cruor innataret, Albim?

XXIV.

Decreuerat meritos ob hæc resurgens
Iam Germania TILLIO triumphos,
Ceu secura sui. Sed, o iocantis
Fortunæ subitos grauesque ludos!
Iurati redeunt ad arma ciues,
Accersuntque Gothum: ruuntque versis
Rursum in viscera patriæ verutis.
O cæcos hominum impetus! Paternam
Fernandi fugis indolem, vocato
Vt, Germania, seruias Tyranno?

XXV.

Quod probri genus istud? Erubescent
Annales sua monstra; cùm legetur:
Regum progenies ducumque, & ipsi
Quondam proxima Cæsari, pudendi
Nuper facta CLIENS fuit patroni.
Hoc, o si, proaui audiant Othones!
Qui quondam pepulere barbarorum
Armatas acies; ferentne, pacto
Aduersus patriam PATREMQVE, feros
Turpi fædere pollui Nepotes?

XXVI.

Hinc concussa nouo labare motu
Rursum patria: desitumque auita
Iam rursum exilium timere virtus.
Succumbunt iterum Insulæ: &, receptis
Nuper, Relligio fugatur aris.
Iam postliminiò reclauus audet,
In quas nuper abiuerat, relictis
Orci mysta redire de cauernis.
Latratuque iterum suas canino
Implet Præco Acheronticus cathedras.

XXVII.

O dignum lacrimis diem cruentis,
Quâ se Tillius est coactus vna
Inter Lipsiacos videre campos
Fortuna fugiente destitutum!
O vulnus graue! Bisque terque denos
Hostem vicerat antea per annos,
Nullo victus ab hostes. Quid clientem,
Quid vestrum, rogo, cælites, clientem
Nisi ræ meritum, tulistis illo
Falli tempore, proditumque vinci?

XXVIII.

Hæc dum conqueror; audio minantem
Alto ex aere detonare vocem:
Non impune mihi (quid insolenti
Victor turgide gaudio triumphas!)
Non impunè feres. Videbis, anni
Bissenos breuis auolare menses,
Et vindex aderit: suosque coget
Pro se surgere Tillius maniplos.
Iam vires acuit, tuoque cudit
Mergendum faber in cruore telum.

XXIX.

Exulta tamen interim; vndique
Audax littora peruagere Rheni;
Tenta Vindelicos; lacesse Boios;
Vrge milite Noricos: redibis
Huc fati inscius. Hac iacebis ipsa
Mox informe cadauer in Saburra:
Hic mordebis humum. Quid illa regni
Spes elusa noui? quid inquieta
Quæsitæ violentia iuuabunt
Sacræ in vertice Cæsaris coronæ?

XXX.

Infontes Aquilæ imperantis alas
Dextra vellere dum nocente tentas,
Iratam Iouis alitem, & reduncos
Sero murmure conquereris vngues:
Quæ cum toruior eſt,& altiore
Fibræ pectoris incitantur ira;
Natiuæ memor indolis, iacentem
Inſiſtet ſuper, opprimetque iuſta
Proſtratum violentia: & furorem
Cæſo ponere nolet in Caballo.

XXXI.

At tu,prima malorum origo paruis
Qui NICRI impatiens ſedere ripis,
Spe faſces inhiante Marcomannos
Et regni diadema non auiti
Quæſiſti: miſerab.li ruina,&
NICRI finibus excides paterni;
Cognata vagus exulabis aula, &
Quos dudum tibi nupta pollicetur
Dotales Cleopatra, tu querelis
Suſpirabis inanibus Britannos:

XXXII.

Nūſquam littora, nuſquam arata poſthac
Penſo Gargara ſeruient tributo;
Sed patrem profugum exſulemque prolem
Stagnantes numeroſa per paludes
Cum fœta comitabitur Creuſa.
Tu luſtris ibi plus duobus actis
Laudabis vagus hoſpes inquietos
Pro triſti domicænio Batauos.
Hanc ex aere detonante vocem,
Euentu patuit, fuiſſe vatem.

XXXIII.

Tu porro, rutilum ætheris lacunar
Qui celso petis arduus volatu
TILLI maxime, turgidos ab alto
Hostes despicis, irritasque rides
Quas vani Superis minantur iras.
Nos iactamur adhuc; & interempta
Vna Gorgone, ab altera alteraque
Turbantur patrij lares Megæra:
Eheu! cur patriæ alterum alterumque
Differtis dare, cælites, Camillum?

VII.

TRAGICVM, Generis humani.

I.



IRATÆ volucris sagitta Parcæ
Nostros peruigil arbitratur annos:
Laxatos simul auolauit arcu
Nulla nec prece sistitur, nec astu.
Quàm fumus subita rotatur aura,
Aut horæ fugit ambulantis vmbra,
Tam prono vigor impetu, caducæ,
Quicquid feceris, interit iuuentæ.
Aruo tu licet imperes, & auro,
Ibis, quà properabit, ibis, ibis.

II.

Proludet febris,aridùmque ſiccis
Torrebit ictur inquieta flammis.
Increſcet dolor; improbeque fuſum
Intra viſcera ſæuiet venenum.
Ægrum tu latus interim per omnes
Verſabis,thalamo gemente,partes;
Et vano Mithridaticam rogabis
Voto Pæonios opem magiſtros:
Qui nunquam tibi vinculo reſoluent
Affixos adamantino dolores.

III.

Tunc toto macies ſubire vultu,
Et palleſcere bellæ imago formæ,
Et liuere genæ, ſui pergent
Oblitæ decoris rigere malæ:
Tunc mutæ titubare verba linguæ,
Et fractis oculi emori vitellis.
Tunc frigeſcere ſanguis,& gelata
Vitalis tenor abſtinere vena.
Ipſo tu tamen a gelu æſtuabis,
Cùm frenis dolor irruet ſolutis.

IV.

Tunc pulſo requies abire ſomno,
Longæ creſcere noctium tenebræ;
Tùque odiſſe dapes; ſuiſque clauſum
Se ſubducere ferculis palatum.
Tunc,ſi nectareum miniſtret ægro
Suetus vernula,nauſeabis,hauſtum.
Auditas toties & appetitas
Porro attendere fabulas pigebit.
Sordebit chelys,Orpheuſque nullas
Vllo murmure commouebit aures.

V.

Qui te viſerat antè, ianuiſque
Creber fixerat oſculum patronis
Nunc illas velut exteras relinquet:
Quiq; & prandia te inter atque cœnas
Vnum quæſierat perennis hoſpes,
Iam te negliget, auiuſque notos
Vitabit pede laneo penates.
Tu nulli miſerabilis Sodali
Lecti fulcra premes; gemenſque preſſo
Angeris, graue pondus, in grabato.

VI.

Fatalis ſimul ac dein' relictis
Te migrare iubebit hora terris,
Te ſaluere tuos, tuos valere
Omnes, quotquot erunt, iube clientes:
Dilapſis fugies inops amicis,
Cæcas incomitatus in tenebras:
Et carpes ibi ſolus impeditam
Curui tramitis ambulationem.
Virtutum quod habes, habebis: vnam
Hanc heres tibi ſarcinam relinquet.

VII.

Mox tetro mouet halitu cadauer
Funeſtas, mala ceu Mephitis, auras;
Vt latè vagus inſolenſque vertat
Adſtantes odor in fugam miniſtros.
Sed tu nautea nariumque peſtis
Toto cedere publico iuberis;
Exi, iam ſatis eſt, cadauer exi,
Viuos mortua lædis vmbra vultus.
Hac vrna tegere, hac quieſce longum;
Surdas hic nihil excitabis aures.

VIII.

Eiectum lare, barbarus profundo
Vespillo super obruet sepulchro.
Hic lessum miserabilem superstes
Euulsis canet vxor in capillis:
Et paucis tibi lacrimis relicti
Parcas inferias dabunt nepotes;
Nec totum lacrimæ diem madebunt,
Cras siccos iterum dabunt cachinnos.
At tu deijcere, nec resistes;
Hic nulli licet esse contumaci.

IX.

Exspectant ibi te, volentque nudum
Impastæ rapere hospitem colubræ.
Hinc bufo dabit, hinc dabunt hiantes
Morsu lautia blandiente vermes.
Hos seruos ibi habebis, hos clientes;
Hos toto gremij sinu fouebis,
Assuetos per & artuum cauernas
Grassari, per & ossium medullas:
Dum pasti dape tam placente, lautas
Nullo conficiant quadrante cænas.

X.

Rari, de melioribus, propinqui
Flutu funera longiore ducent:
Quos etsi toga pulla, concolorque
Nigræ pænula denigrabit vmbræ,
Extemplò tamen iste se, bimestri
Consumet color attereteque luctu.
Tunc Terram tibi non grauem precati
Ibunt, quà lubitum est: sinentque membra
Vt carpant tua diuidantque vermes,
Ipsi dum Bona diuident & asses.

XI.

Bissenos vbi Sol deinde menses
Consueta semel orbita peregit,
Iam toto caro vanuit sepulchro;
Vt visa neque pelle, nec capillo
Quærant lumina, Calue quis fuisti?
Crisporum caput inscium est pilorum:
Stant binis vacui sinus ocellis,
Et toto fugit os ab ore. Nudis
Duntaxat manet ossibus superstes.
Rerum desita mentio tuarum.

XII.

Quicquid debuit obligatus, vna
Hoc heres tibi gratia rependet,
Mandata vt tua, negligens, eodem,
Quo te conteget, obruat sepulchro.
Hanc reddet meritis fidem, hoc fauores
Æquabit sibi præstitos fauore.
Tu tantum tamen, heu, inane, quanto
Mercaris precio? Futura cæci
Non aduertimus; & meras amamus
(O deliria nostra!) amamus vmbras.

XIII.

Quam nobis statuant diem vel horam
Ducto stamine tetricæ Sorores:
Frustra quæritur. vnicam timemus
Turba ignara diem. & minantur omnes;
Illarum vna vbi venerit, reclusas.
Mors intrat pede libero tabernas;
Et canos trahit indidem, atque cirrhos,
Et Codri segetem, & metalla Cræsi:
Et Regum diadema Cæsarumque
Ad magnæ citat ordines choreæ.

Tunc

X I V.

Tunc arcto leuis vrna cum feretro
Ampl::s æmula vindicabit aulas.
Hæc (aduertite delicati) in illo
Hæc palatia fabricantur antro.
Tectum naribus incubabit vncis
Et presso graue pectori lacunar.
Maiestas ibi in ordinem redacta
Mendicos aget inter inquilinos.
Hoc nempe emeritos caduca solo
Donat Gloria præmio clientes.

X V.

Cui ciues suberunt dehinc? & vrbes:
Cui portoria, cui tributa pendent?
Sublimi sedet alter in curuli,
Et fundos colet vberes; tuisque
Heres Gargara proteret iuuencis;
Aut turres alius tuas, & arces,
Et fastigia menium, atque valla,
Vna diruet æmulus ruina.
Tu pulsus, tumulo premeris alto,
Vilis vermibus esca viperisque.

X V I.

O putri Caro verminosa tabo
Quanto secula fascinas cachinno;
Et tu, credula turba, cur apertas
Huic monstro, peritura, porgis aures?
Blanditur (mihi crede) prodigamque
Hamo decipit abdito iuuentam;
Fidat, cui lubet interire, magno.
Orci pabula sunt emenda, magno.
Has seruet sibi, seruet ipse, tales,
(Possum vilius esurire) cænas.

Heu,

XVII.

Heu; quantos hodie iubebit horæ
Vsuram capere Atropos supremæ?
(Res est seria: nos iocamur?) illa
Vix effluxerit omnis, & relicta
Iam discedere nos videbit aura.
Est hic, de numero valentiorum
Est, inquam, iuuenum alter hic & alter
Qui centum sibi pollicetur annos,
Occasum tamen ibit ante Phœbum
Lethæas violentus in lacunas.

XVIII.

Ah, quantis volet ille cras redemptam
Vnam temporis auolantis horam;
Promittet gemitusque lachrimasque
Et, quas nunc cane pertinax & angue
Virtutes magis exsecratur, illas
Promittet, sibi si redire fas sit,
Et vita fore, & orbe chariores.
Verum; nec lacrima, miser nec vllam
Tam sero gemitu, a Sorore trina
Lapsi temporis impetrabit horam.

XIX.

Hic ergo, hic, anime excitare, sumptis
Vt pugnam vigil ordiaris armis,
Quæ cælum dabit: inde tu magistræ
Virtutis tunicam occupa trilicem.
Tum mors irruat, vltimumque præsens
Collato pede conserat duellum
Nil terrebre tu: sed vnus illam
Securus properabis in palæstram:
Et plagis ibi confici, decorum est
Dantur præmia vulneri, Coronæ.


Quic-

XX.

Quicquid conditur hic, vel hic, valeto;
Solus conditor hic, & hic ametur.
Insultent grauis interiu, premántque
Fortunæ mala mille: tu repone
In lucro mala mille: nec sinistros
Rerum degener expauesce casus.
Vitæ quicquid habes, Deo remitte;
Is, quod fecerit, optimum putato:.
Tunc, ò tunc; nihil ambigas, peremni
Tutam præsidio feres salutem.

XXI.

Qui primis queruli poema lessi
Lugubri modulatus est Camæna,
Is, nondum posita licet iuuenta
Florentes ageret decorus annos,
In mortis tamen æstimatione
Totos hæserat & dies & annos.
Lucta denique iussus in suprema
Morti cedere; cessit, & quiescit.
Hunc tu, quisquis es, hunc sequeris, ortu
Aut primo Phaetontis; aut secundo.



SYL-

SYLVVLARVM LIBER TERTIVS.

I.

GENETHLIACVM De Christi Natali.

I.

BRVMÆ frigus erat, diemque parei
Arctabant spatio minore Soles;
Et magnæ suberant opaca NOCTIS,
Qua canis tegit algidus pruinis
Natales PVERI December vmbras:
Cum, fessis ego palpebris, cupitum
Flexi lumina serus in soporem:
Mellitis madidum imbribus soporem;
Præ quo, rosida nauseare vernæ
Vellem munera, si darentur, Hyblæ.

II.

Parebant ibi Cælitum trecentæ,
Omnes ore venustiore, turmæ:
Et gyros choreasque Noctiluca
Ductabant super imminente Luna.
Cœlestis color omnibus: corusco
Intertexta chlamys rubebat auro.
Pars vocum modulis canora miris,
Pars plectro fidibusque; Pars acuta
Sollers ludere tibia: liquentes
Mixto carmine temperabat auras.

O car-

III.

O carmen memorabile ; ò choraulas
Quis tanta docuit magiſter artes?
Quis ludos volucres ? Quis auctor illas
Nullis auribus antè , & antè nullis
Hauſtas ſenſibus expediuit odas?
Illis dum procul arbiter vaciuas
Impendo modulis quietus aures,
Et iungi propior,reique gnarus
Auditæ fieri ardeo ; nouarum
En,miracula non tacenda rerum .

IV.

Qua ſe Parhaſis VRSA circinato
Voluit ſidere . deſidemque nota
Temonem rotat orbita BOOTES,
De cætu mihi viſus eſt beato
Felix ætheriæ phalangis ales
Lapſu præpete,candidaque penna
Se librare per aera : & cubantis
Autem vellere : meque, delicata
Sop tum violentia , relicto
Terras ducere in exteras grabato.

V.

Non ſi me Tegeaticus citatis
Vexiſſet volucer per alta pennis,
Vel Zetes Calaiſque mi rogatas.
Magno fœnore commodaſſet alas:
Vel tergum Sonipes dediſſet ille,
Qui doctum ſitientibus Camœnis
Iacta præbuit vngula liquorem,
Non pernicius ire;nec per illas
Et rerum tot , & æquorum,& locorum
Mi perſuadere contigiſſet oras.

Mi-

VI.

Mirabar; noua semitæ vagantis
Quò compendia ducerent. Volanti
Vicina vndique blandiuntur Astra:
Occurrit LEO, mitiorque parcit:
Nec latrat fera SIRII molossi.
Nec lingua DRACO sibilat trisulca.
Languet SCORPIVS; aduenisque nusquam
CHIRON Æmonio minatur arcu:
Ipse audacior; infimas retorto
Specto lumine, rideòque Terras.

VII.

Iam Tyrrhena per alta, perque toto
Sparsas æquore CYCLADAS, Iouisque
Natalem super insulam, vltimæque
CYPRI littora vectus euolaram;
Cum turres procul vrbis, & superbæ
Cerno mænia Regiæ; inclitamque
Iesseæ titulo SIONIS arcem,
Et Templum SOLYMÆ. Sed Ales illa
Longè fugit ab vrbe; inhospitalem
Funesti domini exsecratus aulam.

VIII.

Ergo linquimus auij SIONEM
Sæuo in Monte; nouamque deferente
Nubem findimus aeremque vento:
Dum parui latus Oppidi, & iacentes
Inter fragmina mænium ruinas,
Et, portis propè dirutis, vetustæ
Arctum cernimus ostium cauernæ.
Huc, alis comes illico remissis,
Cursum aduertere: meque destinatæ
Primo in limine collocare mandræ.

IX.

Accingor,penetrare curioſo,
Qua felix patuit mapale, viſu.
Mox toto feror impetu, & per omnes
Spelæi vagor intimi receſſus.
Quæ ſpectacula, cælites,in illa
Viderunt oculi mei cauerna?
Quod ſi delicias ſuas Olymphus
Omnes explicet æſtimetque; credam,
Omnes delicias Olympi,in illa
Incluſas habuiſſe me cauerna.

X.

Fulgebat radiis Serena miris
Ex toto domus: vt meras Pyropi
Et veras ego promicare flammas,
Aut à Chryſolito rubente viuos
Spargi territus arb trarer ignes.
Hinc omnis paries, per obſoletam
Fundebat iubar aureum tabernam:
Hinc Solis faciem; ſuâſque pictum
Mira, neſcio qua,lacunar arte
Et Stellas referebat atque LVNAS.

XI.

Lux parti ſua cuique. Magnam & ipſa
Lucem addebat humus; Iacente quamuis
Ipſa & puluere, & aridi reſecto
Fæni eſſet paleæque preſſa culmo;
Credebam tamen indiæ metallis
Et rubri maris obſitam lapillis.
Manabant opobalſami liquores
Inter cinnama:Gratieque florum
Spirabant ſimul omniumq;omniumque
E cunctis odor angulis Roſarum.

Miranti

XII.

Miranti mihi, quo tot è roſeto
Se;circum vndique,funderent odores?
Quo tot lumina ſurgerent ab Aſtro;
Monſtrauit ſpecus illico tenellum
Diuinæ PVERVM in ſinu PVELLÆ.
Sed qualis PVER ille! qualis illa
O qualis, Superi,fuit PVELLA?
Ipſo pulchrior ille SOLE:& illa
Ipſa pulchrior elegantiòrque
(Rigatur licet Aſtrum vtrumque)LVNA.

XIII.

Nempe iſtis, ego clamo, (quid moramur?)
Nempe iſtis mihi prodeunt ab Aſtris
Tot miracula luminum:His ab ipſis
Tot miracula odorum eunt Roſetis.
Hic omnes oculi occupentur; omnes
Hic ſenſus hominum omnium laborent.
Se Phœbus licet Heſperùſque condat,
Et nec Cynthia luceat, nec viſa:
Id,quod paupere lumen eſt in antro,
Pro toto ſatis eſt ſupèrque mundo.

XIV.

Verùm, eheu! iubar illud,iſque bellus
Dum charo cubat in ſinu, perennes
VAGITVS PVER edit; & decoros
Humectat lacrima cadente vultus.
Nam circumſtat hiems, pedùmque nuda
Adſtringit gelido rigore crura.
Et binas Aquilo manus,& alma
Hiberno fremitu laceſſit ora.
Offenſis ideò imber ex ocellis
Viuæ vitreus inſtar exit vndæ.

XV.

O quantum eſt PVER ille numen? ille eſt,
Qui cælum rotat artifex;grauèmque
Figit pondere non labante terram.
Qui circumpoſito ferocientem
Cogit Nerea fluctuare vallo.
Auras denique,mobilèſque certis
Frenat legibus aſperàtque ventos.
Nunc vagit, lacrimatque, opemque poſcit,
Contemnit tamen orbis, & ſuperbus
Forma negligit in iacente numen.

XVI.

Eſt idem,eſt,PVER ille,qui virentes
Veſtit gramine concolore colles:
Qui frondentibus induit cupreſſos,
Et cunctum genus arbores capillis:
Qui molli pecudèſque, belluaſque
Ambit vellere: Regibùſque tinctas
Circumdat Tyrio colore lanas.
Ipſum vnum(licet horridus December
Infeſtet)toga nulla,nulla ſartæ
Velant tegmina pauperem lacernæ.

XVII.

At non paſſa parens, egena quamuis,
Feſtinat niuea peracre textæ
Frigus ſindone mitigare telæ:
Et vincire pedes, & alligatos
Binis claudere faſciis lacertos.
Hoc infans DEVS vſus eſt amictu,
His conchylibus; hoc opertus oſtro:
Hac vna rabiem gelùque flantis
Arceri Boreæ toga;his volebat
Vnis frigora pellibus repelli.

XVIII.

Ecce autem! Latus ambiunt, duorum
Par ignobile quadrupes clientum:
Hinc lentus grege de rudente asellus,
Hinc plaustro macer à graui iuuencus.
Hi iuges vbi senserunt herili
Fletus currere ab ore, numinisque
Vagitu tremulo sonare mandram:
Ambo poplite procidere flexo;
Et præsepia parua lacrimanti
Informes PVERO dedere Cunas.

XIX.

Ducto creber anhelitu ministrat
Natiuas animæ iuuencus auras:
Quemque iniuria frigoris negarat,
Nec gentis dabat indoles auaræ,
Illum, ville, nouo fauore, præstat
Diuinis pecus artibus, calorem.
Si cæli vacet aula, nec recuset
Maiorem pecoris gregem BOOTES,
Quis dignum neget hunc bouem reponi
Septem inter superæ plagæ Triones?

XX.

Hi cunabula Regis, hi iacentis
Defendunt vigiles latus Tonantis.
Quos inter generosiore vultu
Et Virgo sedet vna, quæ beato
Instaurauit & orbem & astra partu.
Ex isto SOLOMON (venite, quotquot
Reginam comitamini Sabæam,
Et, qui non comitamini, venite)
Ex isto, SOLOMON suam Lycurgis
Demonstrat Sapientiam, theatro.

O verè

XXI.

O verè ſtimulos graues AMORIS!
O robur validum! Induit lacertis
Immenſum puerilibus Tonantem:
Hunc, vt ſeruus adiret Aſtra, ab ipſis
Detractum violentus egit Aſtris.
Hunc venis iubet, oſſibuſque ſeptum
In brutæ ſtabulo iacere caulæ:
Et, quem nectare menſa de paterno
Implerat, modò lacteum pupillis
Maternis docet euocare rorem.

XXII.

Qui terris ſua iura, qui dat vndis;
Vndis exultat, exulatque terris.
Quem gens aligeræ coruſca turmæ
Feſto carmine, muſiciſque ſupra
Cœlum tollere vocibus laborat:
Quem pronis Acheron adorat vmbris,
Cui Reges famulantur, & ſuperbi
Ad veſtigia ſupplicant Tyranni:
Hic in ſtramine decubat; ſuamque
Cauſa in paupere collocauit aulam.

XXIII.

Olim fulgure, fulminiſque telo,
Olim ſulfure, flammeoque nimbo
Sontes terruit, impioſque plexit;
Merſitque æquore perfidos; & vndis
Terram vltricibus obruit nocentem:
At noxæ immemor omnis, in rebelles
Iam nullas acuit ſeuerus iras.
Ah! neſcit ſua debili lacerto
Infans ſpargere tela. Rugientem,
Agno mitior, exuit LEONEM.

XXIV.

Quin ergo, agmina sordidata, vosque
Qui sæui fora Iudicis, sacrumque
Horretis, malè conscij, tribunal,
Quin accurritis? Hanc adite causam;
Hic noxæ veniam rogate: Inermis
Hic Iudex cubat. Impedita languent
Nexis brachia vinculis. Adeste;
Vim tentate manu; licet; venite,
Inter vincula fasciasque, captum
Vestrum abducere Iudicem potestis.

XXV.

Hæc certè, hæc mihi ego, vsque, & vsq; prendã
Incunabula. Me iuuabit isto, &
Vitam degere, & immori sub antro.
Hic stratus P V E R I ad pedes, iacentem
Iuxta Magdalin æmulus recumbam.
Non vires Acheronticæ, nec artes,
Nec fastidia, nec dolor, nec angor
Me complexibus abstrahent ab istis,
Hic nimbis ego, & imbribus, madebo,
Dum culpam oculis meis piaro.

XXVI.

Dicebam hæc ego fortè, vel videbar
Certè dicere, iamque mi fauebat
Dicenti, Genitrix; & ipse toto
Iam pronus P V E R annuebat ore:
Et, qui proximus accubabat illa
Ad præsepia, (canus, ac verenda
Maiestate Senex) mei, renidens
Me voti fieri reum: manusque
Iam protendere, & osculum cupitis
Furtim iusserat admouere plantis;

XXVII.

Et verò, manus ipſa geſtiebat
Iam parere, propinquiorque Cunis
Blandiri puerilibus, pecuſque.
Hinc auertere bucerum, hinc aſellum.
Tantiſper, mihi proximos Tonantis
Dum conſtringere contigiſſet artus:
Iam vicinior, ora delicatis
Cæptabam reus applicare plantis;
Iam laxare ſinus, & omne clauſis
Cęli condere gaudium lacertis:

XXVIII.

Cùm ſpes irrita, reſque, geſtientem
Eheu! deſtituit manum: & ſolutis
Somnus lumina deſerit tenebris;
Cedit Bethlemiæ mapale caulæ,
Et præſepia, conſciæque magni
Infantis fugiunt ab ore Cunæ:
Et Virgo, & Senex: & ipſe
Ille, eheu, PVER aureus: fugitque
Cum ſomno ſpecus ipſe; cumque toto
Se ductor meus abſtulit theatro.

XXIX.

Poſt illud mihi noctis, & beati
Poſt illud mihi gaudium ſoporis,
Sordent omnia: Nec Palatiorum
Auratas amo porticus, nec hortos,
Nec formas ego corporum, nec vllos
In rebus probo ceteris colores:
Ipſum denique, poſt mei (fatebor)
Melliti breue gaudium ſoporis,
Eſt Phœbi graue lumen; & ſereni
Auerſor querulus facem diei.

XXX.

Est vnum tamen, est, quod in peracto
Non possum, o Superi, probare ludo.
Nam spectacula tam venusta, vestro
Quæ nos edita vidimus theatro;
Vna (fas mihi sit queri) vnicaque
Peccarunt breuitate. Longiorem
Et ludum esse decebat, & soporem:
Nam certè, meus iste si rediret
Omni nocte sopor: fatebor; horas
Dormirem piger in meridianas.

II.

BVCOLICVM, de Christi Mapali.

I.



VIS terras oculis meis? quis illas
Ruris Bethlemij exhibebit oras?
Quà Iesseius in paterna fœtas
Quondam pascua duxerat bidentes;
Cùm sæuos Puer indidem leones,
Et turpes iaculo fugaret vrsos;
O terras ter amabiles! o astris
Vnas omnibus æmulas! In illis
Cælestes genitum recens ephebi
Pulchro carmine prodidere NVMEN.

II.

Ipſi pandite, Cælites, quis illo
Dignas carmine commodarit aures
Nam ſoli meminiſtis, & referre
Nobis omnia vos poteſtis. Vmbra
Nocturni meditullij repulſa;
Cùm terra face plus meridiana
Vidiſſet rutilare LVNA, & omnem
Magnis aera fulgurare flammis,
Hæſit pallida; noctiumque victas
Mirata eſt, face non ſua, tenebras,

III.

Dein, vt Bethlemis propinqua vidit
Anguſtum, & lacerum Mapale portis,
Verſo ſubſiliens repente curru,
Agnoſco, veneror que, dixit. Ite
Hac, bigæ pauidi meæ iugales,
Magno lumine vincimur. Iuuabit
Cælo excedere; pallidoſque noſtræ
Nuſquam oſtendere lampadis colores:
Dum fulgor manet iſte, differamus
In noctes radium alteras minorem.

IV.

Vix mandauerat hæc; fugaq; raptum
Feſtinant bijuges rotare currum;
Cælum panditur, & canora ruptis
Deſcendit Iuuenum cohors ab Aſtris:
Et quorum Iuuenum? Quis ora pingat,
Quis formam color? Ambiente diues
Fulget Sindone veſtis. Hanc & auro
Mordet fibula diues, & Smaragdo.
Gemmis cingula, gemmeiſque picti
Collucent maculis pedum Cothurni.

V.

Molles ex humeris vtrinque plumæ
Aſſurgunt geminas gradatim in alas:
(Alas, ò, niue Thracia, & liguſtro,
Et cygno magè, lilioque puras)
Per plumas ſimul extimas Iberi
Non fallax ſpecies renidet auri.
Hoc ventos leuis, igneumque tranat
Cælum remigio cohors; & altum
His pennis ſecat aerem; nec vllam
Delapſo timet Icaro ruinam.

VI.

Tum verò ſtrepere omnia; & Serenæ
Docto murmure perſonare nubes.
Hic, teſtudo ſuſurrat; hic, eburno
Laſciuit Chelys inquieta plectro.
Hic, Siſtris vaga cimbaliſque turma
Exultat: citharæque fiſtulæque
Hìc certat melos: hic, liquente vocum
Reſponſant iuga, & vnda, & arua cantu.
Vt valles nemorum, viæque, & omnes
Verſi in carmina crederentur amnes.

VII.

Hic à Bethlemijs remota muris
Seruabat iuga Paſtor, & bidentes
Cingebat Cane, plurima: vigilque
Pro balantibus excubabat Agnis.
Qui, cùm talibus hinc & hinc videret
Nubes feruere peruias ephebis;
Et vicina per arua, tam peritos
Cantu ludere mobili choraulàs:
Oblitus gregis obuij, canoris
Gnauam vocibus arrigebat aurem.

Paſtori

VIII.

Paſtori Canis obſecuta, mutos
Ad nubes retulit ſupina rictus:
Et raram ſpeciem, nouaſque cæli
Mirantur Dromas & Lyciſca formas:
Nec latrat Pterelas; & ore, viſam
Hylæus tacito veretur vmbram.
Nec lactis memor Agnus, à ſonoro
Pendet murmure, paſciturque: & ipſæ,
Inter carmina, nil ſui capeſſunt
Nec ſomni, neque pabuli; bidentes.

IX.

Ecce autem Geminas vterque cedit
In partes Chorus: Aliteſque certant,
Pars, attolere laudibus Tonantem:
Pars, terris hominique concupitam
Dulci carmine nuntiare pacem.
O pacem procul exulem! ò inane
Per tot ſecula nomen! Amouete,
Quicquid triſtius obſtat; obſeratumque
Omnes pandite limen: Explicatis
Huic occurrimus hoſpitæ lacertis.

X.

Poſt, vt muſica talis & canoræ
Plauſus continuit ſonorus æthræ;
Paſtores, ait Ales, o puſilli
Cuſtodes gregis, abſtinete vanos
Vultu prodere pallidos timores.
Non triſtes ego nuntios, cremandæ
Sparſis ignibus affero Gomorrhæ:
Nec ſtricta ruo barbaros in hoſtes
Rhomphæa; ſtygijs daturus vndis
Vna omnem Syriæ phalanga turbæ.

X I.

Nil formidinis huius est. Tonare
Iam cessant, nec imaginem priorum
Seruant sidera nubium: sereno
Rident omnia gestiuntque Cælo.
Quin, ite ò celeres, & auspicatum
Porro ad Bethlemiæ mapale caulæ
Festini properate. Mira vestris
Illic gaudia sunt parata votis.
Nam feris ibi magnus est sub vmbris
Magni filius editus Tonantis.

XII.

Rem veracibus indicabo signis.
Quà vicina patent hiante porta
Vrbis mænia, visitur vetusti
Spelæum stabuli, domus nec imbri
Arcendo, neque frigori sed olim
Iumentis casa fabricata brutis;
Nunc ingentibus aula abunda gazis
Et cæli æmula; quam coruscus vnam
(Si mortalibus inuidere posset)
Externis Polus inuidere aulam.

XIII.

Ite, ite: interierit, viam vorasse,
Vos magalia tam verenda primi,
Et primi, pede dextero, theatrum
Parui grande palatii, subite.
Ad Cunas ibi vagientis almam
Cernetis PVERI sedere matrem,
Et cum matre senem; senem ò beatum.
Sed matrem sene ter beatiorem!
Auritum pecus hinc; & hinc egenas
Flectit bucola poplitem ante cunas.

XIV.

Res nuſquam fuit vlla, eritque nuſquam
Viſu dignior vlla. Nam puſillis
Illa infantia compreheuſa membris
Franget Tartara, carceriſque rumpet
Æternas adamantini catenas:
Et Patres, proauóſque diſſipatis
Educet violenta de cauernis.
Tum porro, impenetrabiles Olympi
Per tot ſecula ianuas, reducto
Vobis maſcula peſſulo recludet.

XV.

Maturate; vacat locus: ſubito
Non illos aditus trecenta vallant
Seruorum agmina: nec feri ſuperbus
Herodis comitatus obſtat Omnes
Hos faſtus PVER arcet: obuiúſque
Plebeij laris aduenas receptat.
His ſolis aditus patere primos,
His primas iubet allocutiones.
At conchylia, purpurámque, partes
(Accedant modò) ſeruat in ſecundas,

XVI.

Hæc effatus; in aſtra concolore
Cum turma volucer receſſit Ales,
Quem toto procul inſecuta vultu
Paſtorum Trias. i, beate, dixit,
I, penna pete remigante felix
Cæleſtem (nihil inuidemus) aulam.
Nobis plus ſatis eſt ſuperque in illa
Quam te ſenſimus indicaſſe, caula.
Imus, quærere numen, & patronas
Felicis PVERI videre CVNAS,

XVII.

Iamque ibat Melibæus; & coæuo
Claudebat latus aſſeclæ Menalcas:
Cùm maturior æui; ohe, ſodales,
Clamat Tityrus, o mei ſodales,
Sumenda eſt mora paullula. Hoſpitalem
An rerum vacui larem petemus?
Par eſt, ne dubitate, viſitando
Vt donum PVERO (nec ipſe penſum
Contemnet, puto, ruſticum) & Parenti
Donum de grege villico feramus.

XVIII.

Eſt ſanè, Melibæus inquit. Agnus,
Eſt, fæta mihi de parente lapſus.
Hunc primus PVERI feram Parenti:
Tu, lecta PVERO è bidente mulcti
Plenum ſuffice congium coloſtri.
Et metam adiice Caſei recentis;
Vt donum queat illud in ſecundas
Monſtrandus Senior comeſſe menſas.
Tum fænum, ſtipulamque pro Iuuenco, &
Lento pabula portet hic Aſello.

XIX.

Aſſenſere; ſuiſque dona læti
Imponunt humeris: gregèmque notis
Commendant, nihil anxij, moloſſis.
Mox dumos per, & arua, ad indicatas
Decurrunt, pede non morante, portas
Quæ paſſus licet inde vix trecentos
Diſtarent, tamen omnis illa, curſu
Parebat mora longior diurno.
Viſum eſſet ſpatij minus, videndi
Si deſiderium minus fuiſſet.

XX.

Vt iam iam ſuberat locus, rudique
Proſtabat caſa ſeminuda tecto;
Hoc,inquit Melibæus, hoc,neceſſe eſt,
Quæſitu cubet vt PVER ſub antro.
Nam(quamuis rudis)aureo latentem
Oſtendit ſpecus hoſpitem nitore.
Nil LVNA mihi pallida,nec Aſtris
Nec Solis face opus.Valete cuncta
Cæli lumina. Clariore monſtrat
Terreſtris radio Cauerna Numen.

XXI.

Primo à limine,cognitos ſubire
Ioſippus iubet aduenas, & arctam
Nati viſere Numinis tabernam.
Et vobis, ait,hæc,& eſt egenis
Vna hæc omnibus aula aperta: paruos
Non faſtidiet hoſpites; adeſte.
Excepit Melibæus; Huc ephebo
Miſſi à cæl te venimus.Nec aulas
Ambimus. Satis eſt ſuperque,in iſta
Si Numen licet inuenire caula.

XXII.

Tum ducti ſpecum in intimum, cubantis
Rorantes PVERI vident ocellos,
Viuis fontibus æmulos ocellos.
Tum Regis tenuem potentis aulam,
Et pompæ ſpeciem nouæ, gemellos
Mirantur ſtabulo in patente vernas;
Et præſepia,lectulique fartam
Fœno paupere culcitam: leuique
De ſubtemine faſciam; & minores
Spectāt numine vagiente Cunas.

XXIII.

Hic fletu maduit pio Menalcas,
Et fusis Melibæus ora, & ora
Fusis Tityrus irrigauit vndis.
Tum blandi sua supplicesque promunt
Censu è paupere dona; dona Lydis
Et Persis opulentiora gazis.
Gaudet munere quisque singulari.
Iumentum, stipulaque pabuloque.
Mater, velleris albicantis Agno:
Fuso lacte, PVER; Senex, coacto.

XXIV.

Mox proni cecidere, cernuosque
Ad præsepia rettulere vultus:
Et formam PVERI; & genas tuendo
Expleri nequeunt: duos gemellis
Credunt ex oculis micare *Soles*.
Mirantur teneras manus; suique
Plenos Numinis intuentur artus
Et mille oscula plantulis beatis,
Et mille altera fasciis, & ipsis
Figunt altera plus trecenta Cunis.

XXV.

Postremò, vt face Lucifer propinqua
Noctem cedere iussit, & magistros
Deserti gregis, ad gregem reuerti;
O Solis graue sidus! ô molestum
Hoc nobis, Melibæus inquit, Astrum!
Cur charæ est mora tam minuta noctis?
Aut quis præcipiti reduxit ortu
Ingratæ mihi lampadem diei?
Impastæ, Socij, fremant bidentes;
Nos pascamur ab hoc, licebit, AGNO.

XXVIII.

At vos ætherij venite ephebi,
Qui nobis iter indicastis, ipsi,
Vos ipsi stabulum hoc adite; ventosq;
Et frigus rigidum iubete vestri
A membris procul abstinere Regis.
En! alget, tremulosque sæuiente
Afflatus Borea supinat artus.
Si vos ille suis clare flammis
Iam pridem docuit; venite, paruam
Vestro reddite de calore partem.

XXIX.

Et vos, Iapeti propago, sæuis
Crudelis magis asperique ventis,
Hic mansuescite; paruulumque sarta
Numen cingite veste. Quisq; vestrum
Lectica cubat arrogans eburna,
Et Serum sibi vellera, atque lænæ
Circumdat Tyrianthinæ colores:
At vili sinit interim in mapali
Brumę frigora, & horridas Decembris
Nudo incumbere Numini pruinas.

XXX.

Dum caussam Melibæus hanc querelis
Prolixè stomachantibus perorat,
Et durum genus increpat; Menalcas
Hærentem ad PVERI pedes Sodalem
A tergo trahit acer, & relicti
Ad curam gregis admonet reuerti.
Hoc ipsum studet; ac, diu negantem
Cunis Tithyrus abstrahit. Retortis
Discedunt oculis; semelque visam
Optant vsque videre, & vsque, mandram.

III.

B A S I L I C V M
De Christi nascentis Stella.

I.


STRORVM iubâr igniumque, Titan,
Qui Cæli rapidos sonantis orbes
Quadriga vagus aurea pererras;
Omnes,quotquot habes,tuiq;quotquot
Stellati radios habent Sodáles,
Omnes exsere; properemque lentus
Adductis moderare currum habenis.
Dum Stellæ melioris,alterumque
Non visæ prius indolis, corusca
Flammatum face conspiceris ASTRVM.

II.

Vna & Tyndaridas adesse fratres,
Vna & Phosphoron,Hesperumque coge;
Et Cygni trahe sidus, & Bootæ,
Quique in pectore masculo relucent
Iam quondam emeriti Leonis ignes;
Quique in Gnosiacæ,stupente Luna,
Scintillant face gemmea Coronæ:
Vosque ardentibus alteræ alteræque
In Cæli stationibus Lucernæ,
Omnes huc,præeunte edesse SOLE.

III.

Eois vbi veſtra lux ab vndis
Emergit noua, Siriuſque longo
Vicinos Arabas colorat æſtu;
Illic, cernitis, vt rotatus auras
Motu non ſolito peragret ignis?
Præſagum populis iubat; Sed expers
Atri funeris ominiſque; quali,
Qui triſti rubuit cruentus igni,
Cum ſceptris malè conſcijs minari
Crinita ſolet orbita Cometes.

IV.

Hæc feralia noſtro abeſſe terni
Signa à SIDERE ſentiunt Tyranni:
Quos muta docet allocutione
Ad Cæli penetrale regiamque
Tuta currere ſemita Coronam.
En? quantis via ferueat clientum
Tres illos comitantium maniplis?
Feſtinant iter aſſeclæ: hic, Camelis
Vectantur ſitientibus, ducenti.
Hic, bigis totidem alteri, & quadrigis.

V.

Portato Dromades grauantur auro;
Quod longis numerauerant, aduſti
Phœbei laris accolæ, tributis,
Tum myrrhæ graue pondus, atq; Eoæ
Terra è diuite vis odora glebæ.
Tum Panchaica Tura; mercibuſque
Quicquid nobile fumat in Sabæis,
Id nigrantibus hinc & inde Barris
Impoſtum, PVERO tribus paratur
Dandum à Regibus vnico tributum.

VI.

Has nolunt auidi reciprocato
Auri fœnore collocare merces:
Nec quæstus docet IGNIS hic eosdem
Quos Cyllenius erro; quo iubente
Conscensa trabe Cypria, minaces
Mercator subit Adriæ procellas,
Contemptis vt opes reportet vndis;
Lucri sordida vota, Liberalem
Sed laxare sinum, manuque tota
Congestas docet erogare gazas.

VII.

Nec Stellam indociles vident Alumni;
Illam omnes oculis & ore seruant,
Illam, quaquà abeat, sequuntur omnes.
Seu læuum in latus, auiosque saltus
Declinet; nemus auium peragrant,
Seu montes petat inuios, & Alpes;
Per montes, per & inuias alumni
Cunctati nihil, insequuntur Alpes:
Seu cursum acceleret; citatiorem
Omnes accelerant perinde cursum.

VIII.

Quæ si denique lenta moliatur
Sese, non solito vigore; lentos
Norunt ipsi etiam mouere gressus.
O Stellæ dociles bonæ clientes!
Quid si fortè quiescat illa in vno
Tandem fessa loco? quid, ô Sabæi
Facturi simul estis inquilini?
Quid? quo Stella loco quiescet (ille
Sit Pon to locus vltimo) iuuabit
Omnes esse loco, & quiesse, in illo.

Hic

IX.

Hæc inter, præeunte, iam propinquam
Cum Stella duce venerant Sionem:
At, fidus refugum, insidere visam
Herodis super abnuebat aulam:
Sed Bethlemia rura, pauperemque
Conatu volucri petiuit vrbem.
Hic, mirantibus arbitris, corusco
Se demisit ab æthere; & serenis
Effulgens radijs, super vetustum
Deserti stabuli quieuit antrum.

X.

Tunc incedere gaudijs, soluti
Immortalibus aduenæ, leuesque
Duræ credere semite labores,
Per quos, sidere præuio, ad cupitas
Regis contigerit venire Cunas.
Sed paruam domini potentis aulam,
Plebeiosque casæ rudis penates
Mirati, posita stetere pompa;
Et longe comitantium facessunt,
Vt soli subeant mapale turbas.

XI.

Hunc Iosippus vbi tot vngularum
Sensit quadrupedantium fragorem,
Procurrens, videt exteros, nigranti
Forma territus, aduenire Reges:
Et Stella videt insciam recenti
Scintillare domum: videtque turmas,
Et currus, & equos, & insolentem
Ignotæ legionis apparatum:
Miraturque duces, ducumque laudat
Pictos murice barbaro clientes.

XII.

Innitat tamen hoſpites: nec antri
Pertæſos humilis, nec impolito
Offenſos, lare, præuius cubantem
Fæno paupere, ducit ad PVELLVM.
Succedunt auidi; vidèntque paruum
Sole Infantem Oriente pulchriorem;
Agnoſcùntque DEVM; genùque flexo
Membris Numen in algidis adorant:
Et ponunt diadema; Regióſque
Submittunt PVERO, dicantque, faſces.

XIII.

Mox plenis ſua quiſque de caniſtris
Promunt munera. Prima decoloris
Auri pondera, in aureis repoſta
Effundunt pateris: Et, hæc clientes
Hæc, aiunt, tibi dedicata magno
Subiecti ferimus tributa Regi.
O donis, PVER vne, plus trecentis,
Et plus mille PVER colende donis,
Nec ſpernes tamen iſta, quæ minuto
Vectigalia pendimus metallo.

XIV.

Hæc Regi data. Sed Sabæa viuo
Dantur TVRA Deo; focos odora
Inſtauremus vt animos acerra;
His fumantia Templa, debitáſque
Impleri tibi ſentiemus aras;
His vnum venerabimur. Faceſſant,
O culti malè, ceteri, faceſſant.
Vnum te PVER, vnicumque TVRE
Dignum ducimus. Alteri, relictum
Seruabant ſibi Dij Deæque SVLFVR.

Reſtant

XV.

Restant Tertia dona; Sed caducis
Et mortalibus imputanda membris.
Nam Stella licet hac tuum magistra
Nobis discere Numen, & potentem
Cæli agnoscere Cælitumque Regem;
Cui soli famulantur, atque iussam
Gaudent sidera commodare lucem,
Mortalem tamen esse, vagientis
Rorantes oculi docent; & isti
Vincti paupere fascia lacerti.

XVI.

Quamquam, quid, PVER innocens, quid istud?
Tu quondam moriere? Saxeòque
Poneris lacrimandus in Sepulchro?
Nec REGI Libitina, nec TONANTI
Discet parcere? Parcite o Seueræ
Insonti PVERO, Deòque, Parcæ.
Aut certè, quia pergitis seueræ
(O dirum scelus! o scelus!) minari;
Nos Stacten decet, vberèmque Myrrhæ
Curando dare funeri liquorem.

XVII.

Donis denique rite dedicatis;
Ter solemnibus osculis mapale,
Et Cunas PVERI ter, & ter ipsas
Suaui murmure fascias salutant.
Tum toti lacrimis madere; & vdum
Pugno plangere non iocantes pectus:
Cunásque vt sibi sentiant fauentes,
Implorant venerabilem Senecta
Tutorem PVERI, Deìque magnam
Votis grandibus ambiunt Parentem.

XVIII.

Aduertit placidos Serena vultus
Exorata Parens. Suàmque,dulce
Materno in gremio tribus renidens
Dextram supplicibus tetendit Infans.
Cui labris vt aueutibus verendum
Fixerunt trepidi osculum clientes;
Extemplo modulantium trecentis
Applausit casa cælitum choraulis.
Quo de murmure blandiente lenem
Traxerunt placidi hospites soporem.

XIX.

O suauem ter & amplius soporem!
Quis vatum mihi prompserit, beata
Quæ spectacula viderint in vmbra?
Monstrabat(nihil ambigas)Olympi
Omnes, quotquot erant opes,Olympus.
Monstrabat specus Alitum decoras
Hac illac volitantium cateruas,
Certantes studiis,& æmulanti
Iunctos agmine, vt aulicis heriles
Possent obsequiis fouore Cunas.

XX.

Hos tales vbi adesse vagienti
Senserunt PVERO tot administros;
Hac mortalibus, inquiunt,in aula
Nec vernis opus est, nec est ephebis,
Promus condus,& atriensis absint,
Et miles vacet, & satelles; isti
Cælestes vbi seruiunt clientes.
Aut, (mortalia ni locus recusat)
Nos ipsi,positis procul coronis,
Hac Reges famulemur in cauerna.

XXI.

Omnes hæc casa nos docet caducas
Rerum spernere copias; & omnes
Regni delicias minoris; omnes
Quas congesserat arca auita, prædas.
E quanquam Solymi dolus Tyranni
Inuitet; redeuntibusque totam
Nobis offerat hospitalis aulam;
Hæc somni tamen abditi' voluptas
Nos flexu docet auio profani
Declinare superbiam palatij.

XXII.


Verùm, Amphionio silente cantu,
Paullatim resides, sopore rupto,
Attollunt oculos. Nec vsquam Arion,
Nec Stellæ est iubar obuiam: Relictus
Diuinæ tamen in parentis vlnis
Duntaxat PVER vnus est: sed vnus
Stella clarior omni, Arionisque
Cantu suauior. Hoc fauente, Reges,
(Quamuis Stella deiu, chelysque cesset)
Nec plectris eguere iam, nec Astris.



IV.

CYGNEVM B. Simeonis.

I.


ONGÆVAM aſſyrij videre quiſquis
Spectator cupit Alitis Senectam;
Dum, fatis properantibus, futuro
Præſagus Cineri ſtruit feracem
Inter cinnama ſumptuoſa nidum:
Non mundi vagus vltimi receſſus
Nec montes petat, auiaſque terræ,
Quales fabula ſomniauit, oras:
Sed Templi pia, me duce ad propinquas
Vertat lumina curioſus Aras.

II.

Grandæui caput illicò, verenda
Spectabit Senis albicans pruina;
Qui Phœnice beatior, peractos
Inter cinnama odora claudet annos:
Non nido tamen incubans, nec hauſto
E Phœbi radijs cremandus æſtu:
Sed blandum ſua conſtruet beato
Inter brachia nidulum PVELLO.
Illo ardere rogo, piaque longam
Ætatem volet innouare flamma.

III.

En, quanto, vafer, ambitu Parentem
Expugnare laboret, vt lacerris
Pignus tradat amabile? Inſtat, vrget,
Nunc promptis rationibus diſertus?
Nunc muta pius allocutione;
Nunc mixta prece lacrimaque ſupplex:
Nunc blanda violentia ſeuerus.
Nunquam ROSCIVS anteà Latinis
(Ignoſcant mihi Romuli nepotes)
Egit doctiùs vllus in theatris.

IV.

Vicit denique pertinax. Suoſque
Exorata ſinus patere grandi
Permiſit Genitrix modeſta voto.
Et mox Virgineis reuulſa palmis
Iuſſit pignora demigrare. Iuſſit;
Nec iuſſis mora: Paruuluſque binas
(Materno prius oſculo potitus)
Læta fronte manus tetendit Infans,
Agnouitque Senem, & pias renidens
Dulci pondere degrauauit vlnas:

V.

Tum verò Sene, cælitum quis, illo
Fortunatior eſſe? Quis reſumpta
Phœnix viuere lætior Senecta?
Dum ſtringi tremebunda vagientem
Inter brachia cerneret Tonantem?
Dum cæleſtia delicatus ora,
Et plena amaroſio labella ſucco,
Diuinoſque pedes; & architectos
Terrarum, Mariumque, ſiderumque
Incluſos gremio videret artus?

Quos

VI.

Quos illis oculis vtrisque nimbos?
Quæ suspiria? quàm pios anheli
Credam pectoris æstuasse motus?
Non si verba mihi pararet ipse
Qui Pandioniam disertus olim
Lingua præpete fulminauit vrbem:
Aut Neleia commodaret, imbre
Mellito madidas, Senecta voces:
Non æquis ego sensa tam beati
Sperarem SENIS explicare verbis.

VII.

Hic vdis vbi paruuli tenellas
Labris presserat osculisque plantas;
Circumstantibus impiger repertum
Ostentat PVERVM Deumque turbis:
Hunc terris populisque clamat, vnam
Illuxisse labantibus salutem:
Hunc agnoscite: quid rudes ligari
Tam longis oculos sinetis vmbris?
Hunc certantibus æmuli studete
Vnum includere, quotquot estis, vlnis.

VIII.

Quem Patrum lacrimæ precesque rupto
Optarant toties venire cęlo,
Cęlum rupit; adest, venite; vestrum
Cœlo prætulit inquilinus orbem.
Immortalia qui potente flexit
Nutu pectora, mentibusque luxit
Infinita perennibus voluptas;
Hic nullius egens; saturque magnis,
Quales sidera dant paterna; vestris
Quærit dilicias suas in oris.

IX.

Tu verò mea, quæ ſenes beaſti
Dono, Mater, amabili lacertos,
Quas me pendere gratias iubebis?
Si Lydas (quid enim abnuam fateri?)
Si Lydas ego Perſicaſque ſolus
Arcis grandibus occupes rapinas;
Atque omnes Libycique Ponticique
Argento maris impleam carinas;
Et quotquot Tagus aureas Iberus
Pactolo rotat inuidente glebas.

X.

Si dignas tamen his ſeuera cogas
Me, Virgo, meritis referre grates;
Toto cedere me fore iubebis:
Fiet protinus auctio: nec vllæ
Ad grates ſat erunt crumenæ & arcæ;
Quamuis innumeræ crumenæ & arcæ.
Sed poſt quàm poſita vocatus haſta
Arcas Sector & has, & has & illas,
Et rurſum vacuarit has & illas;
Plures Sector adhuc requiret Arcas.

XI.

Et tu denique, melle nectariſque
Omni dulcior imbre, quas repoſces
INFANS à Sene gratias? Vetabas
Ne filum priùs vltimum ſecarent
Triuæ præcipiti colu ſorores,
Quam diuina videre mi, tenello
Quondam in corpore, contigiſſet ora;
Viciſti pia vota. Nam volebam
Quod ſolis OCVLIS meis licere,
Id toto licuit ſinu fouere.

XII.

Nunc ergo, mea vita, nunc peractæ
Fas eſt rumpere tædium Senectæ;
Seruant Aſtra fidem: dedere, quicquid
Promiſſum fuit. Intuemur ortam
Terris omnibus, omnibuſque terræ,
Cæliquc omnibus incolæ ſalutem.
Eſt ergo, eſt, data miſſio. Quid vltra
Longi carceris hoſpites moramur!
Quod nunquam licuit: licebit, iſto
Dum felix premitur ſinus PVELLO.

XIII.

Iam vitæ ſatur, in lucro repoſtos
Si curſim fugiant, putabo menſes.
Quid menſes tamen auguror? Faceſſe
Tam longi mora temporis? Relictas,
Vt curſim fugiant, precabor horas.
Nil horis erit, ah nihil, futuris,
Aut quamuis erit, ah nihil ſub illis
Vltra cernere nos iuuabit horis.
Ignoſcant oculis meis Diurna,
Et Nocturna, (videre tædet) Aſtra.

XIV.

Ibo nuntius, ibo; patrijſque
Audax prodromus aggregabor vmbris:
Vmbræ ſurgite, quotquot eſtis, omnes;
Ducam vos ego conſcius, nouorum
Ad compendia ſumma gaudiorum,
Nam, quod nocte dieque, mille votis,
Et deſiderijs modiſque mille,
Anniſque amplius inuenire mille
Nequicquam cupijſtis, illud, vno
Totum repperit Orbis in PVELLO.

XV.

Hæc verbis vbi finiit supremis,
Abrupta ingemuit Senex loquela.
Qualis, cùm sibi, nuntias propinqui
Sentit funeris, imminere Parcas;
Surgit lætior, euocatque, fata
Seruatas OLOR ad suprema, voces:
Cognatasque perambulans Caystri
Mulcet carmine tinniente ripas.
Applaudunt Socij, probantque: at ipsum
Laudato iuuat interire cantu.

V.

QVERVLVM B. Virginis.

I.



VID gnauam, genus indignũ, moraris
Quærendis operam locare gemmis?
Sapphiros, adamantas, & smaragdos.
Et Rubri maris Indicique baccas,
Et quicquid magis his, & his, & illis
Spe tentatur auara; id omne mater
Ereptum mihi conqueror: tot annis
Quæ paruo lare conditas solebam
Vna omnes hominumque cælitumque
Magnis excubijs fouere gazas.

II.

Indulgere oculis ; & omnium omnes
Hic recludite luminum fenestras ;
Perque omnes, pede sedulo , plateas ,
Perque omnes ruite angulos. Inausum
Terris nil sinite vltimis relictum ,
Quamque amisimus vnicam , sagaces
Orba quærite cum parente prædam .
Inuito genitrix: adeste . Quisquis
Illam inuenerit , ille opima , prædam
Inter præmia sortietur ipsam .

III.

Exciuit faciles querela matris
Ad magni lucra præmij cateruas .
Dic , Mater bona ; tantus hic tuarum
Quis thesaurus opum ? Quis hostis illum,
Aut prædo , plagiariusvè raptum
Interuerterit, indica . Iuuabit
Terris quærere in vltimis : nec vllas
Vel Syrtes metuisse,vel charybdes ,
Tu partes , age sis , in has in illas
Nobis vtere , Virgo : nil moramur .

IV.

Hic largis oculos rigata lymphis ,
Ter conata loqui , ter impedita
Sensit verba Parens hebete lingua:
Dum tandem , Sitæ erant opes in vno
Omnes,inquit . & vnico PVELLO .
Proles ille mea est : fuitque nulli
Proles altera charior parenti:
Nec , si pignora mille cum trecentis,
Et rursum altera sint trecenta, proles
Plus vllam sua diliget parentem ,

V.

Iam nox tertia, tertiuſque noſtrum
Sol ortu redeunte luſtrat orbem,
Cùm me, neſcio quò, repente caſu,
Amiſſo video ambulare Gnato.
Exclamo, Superi! hanc cauete culpam!
Quis prolem latere à meo reuulſit?
Quem poſcam plagij reum? Quem orbæ
Poſſit reddere filium parenti?
Eheu! quàm malus error inſcientem
Et quantis via circulis fefellit?

VI.

Vertendus gradus, & remetienda
Sunt veſtigia. Forſitan tribules
Inter paruulus errat, aut propinquos?
Sic mecum: & pede concito, hos & illos
Inuiſo. Heu miſeram! nec inter iſtos
Dilectum inuenio, nec inter illos.
At, conſanguineo receptus, aio,
It fortaſſe globo? Recurro: & eheu!
Omnes vndique clamitant, nec iſtos
Conſpectum PVERVM inter eſſe.

VII.

Inſiſtam nihilominus, viaſque
Errabo vaga lacrimis per omnes:
Nec dulci prius occupata ſomno
Tradam lumina; & vltimum negabo
Defectis licet artubus ſoporem,
Donec Prole nouum leuet reperta
Infixos mihi gaudium dolores.
Vos porro, quibus eſt amor, venite,
Mecum inſiſtite: quem requiro, certis
Nunc agnoſcere vos docebo ſignis.

VIII.

Bis denos, puto, quattuorque menses
Iam lustris PVER addidit duobus.
Ætatem sequitur statura; iusto
Non procerior. Ipse, fimbriatam
Materna gerit arte acûque vestem;
Non subtemine barbaro; nec ostro,
Nec cinctu croceo superbientem,
Sed limbi tamen ambitu decoram.
Externo nihil indiget nitore,
Contentus proprio placere cultu.

IX.

Nil toruum in facie est; nec vlla frontem
Mutat ruga Serenam. Ab ore toto
Expers nubis amœnitas renidet.
Sparso candidus est rubore vultus:
Quali poma solent volema, adulto
Maturescere cum iubentur anno;
Certant ambiguo colore; parsque
Intacta niue puriora cadent,
Et pars igne rubent. Sed hunc vtrûmque
Dilectus superat meus colorem.

X.

Impubem rosa purpurant opacat
Parte vtraque genam. Labella fusum
Distillant opobalsamum. Venusti
Mansueta face nigricant ocelli:
Quales, quando volubiles pudica
Formosis rotat orbibus Columba,
Dum lactentibus hinc & inde pennis
Inuitat tepidos aprica Soles:
Aut ripis viridantibus sonantes
Pleni fluminis arbitratur vndas.

Electi

XI.

Electri ſimiles alit capillos
Intonſum caput: aureìque bina
Vmbrant tempora veſtiuntque Cinni:
Nulla lege tamen, nec arte, quali
Comit forma ſuos profana cirrhos:
Natura ſed enim volente, flauum
Vertex neſcius induit colorem.
Hinc per colla comas eburna, nullo
Faſtu defluit; arduùmque pulchra
Tergum Cæſaries flagellat vmbra.

XII.

Quid nunc marmoreas, quibuſque pergam
Signis pingere, feriata, palmas?
Candent articuli, tereſque format
In plenum digitos Cylindrus orbem:
Ceu quando iubet artifex rorato
Mauri dentis ebur nitere torno.
Fragrantes hyacintino redundant
Plenæ flore manus. Pedumque candor
Omni eſt purior vnione, cygno,
Ceruſſa, niue, lilio, liguſtro.

XIII.

Nec verbis ego me rotunda blandæ
Sperem verba referre poſſe linguæ.
Vix primoribus ora hiant labellis,
Cum mellis fluit imber, & meracum
Manat gutture de liquente mulſum:
Cuius ſtilla meos vel vna ſenſus
Cùm peruaſerit; irrigata toto
Cæli nectare ſopior: nec vllas
Terræ delicias amo; nec vllos.
Vitæ mobilis appeto fauores.

At

XIV.

At mores PVERI quis elegantes,
Quis gestus reliquos, quis eruditæ
Miras indolis explicabit artes?
Conuertunt sua cælites ad vnum
Omnes lumina; desinuntque Solis
Mirari iubar; aureosque Lunæ
Pertæsi nihil intuentur ignes;
Dum solus placet. Illum, & ambulantem
Quò se cumque ferat, sequente nutu
Vnum omnes venerantur, & sedentem.

XV.

Hortos fingite vos videre & agros,
Et prata aurea, rosidosque campos,
Quales Elysij fuere, pulso
Iam quondam memorabiles Adamo:
Flos illos decorabit iste, & hortos,
Et campos, & agros: suumque tollet
Omnem floribus alteris odorem,
Obscurabit & omnium colorem:
Ipse illas PVER interim per omnes
Parebit Rosa liliumque valles.

XVI.

Tali est indole, quem requiro; tali
Dilectus meus, ore, veste, forma;
Totus pulcher, amabilisque totus.
Proles ille mea est; meæque solus
Plus quam dimidium duplumque vitæ.
Huius (parcite, alumnuli, parenti)
Huius langueo prolis ex amore:
Nec desiderium fero; sed absens
Absentem, modò triduum, alterumque
Indefessa trinoctium, requiro.

XVII.

Interrupi ego Virginem: ah, querelas
Cessas perdere, Virgo; nil necesse est
Signis pluribus hæc notare; cessa
Si talis PVER indole est, & isto
Dilectus tuus ore, veste, cultu;
Felicem fero nuntium. Repertus
Est huius PVER indolis; refertque
Hos vultus, oculos, manus, & ora.
Et vestes gerit, his; & his, gemellas
Fundit gutture melleo loquelas.

XVIII.


I, quantum potes, i: sequemur. Ipsum
Tu certè (nihil ambigas) sedentem
In templi meditullio videbis,
Quem visum cupis: audiesque grandes
Illum inter Sapientiæ magistros
Diuinissima quæque, iam rogantem,
Iam, si caussa poposcerit, magistris
Diuinissima quæque suggerentem;
Mirantur PVERVM senes; nouamque
Addiscunt sapientiam Platones.

XIX.


Ægre finieram: moræque mater
Iam dudum impatiens, parat citato
Ad Templi spatia auolare passu.
Vtque in limine constitit, serenum
E templi videt intimi recessu
Miræ lampadis emicare lumen:
Et secum, Meus, inquit, hic (Parentem
Non fallunt oculi) meus profectò
Hic Dilectus adest. Nequiret alter
Tam claros locus exhibere Soles.

XX.

Vt vidit Soboles adesse matrem,
Cognatos hilari modesta gestu
Amplexus petit: Illico valere,
Et gestire parens; & vna cunctas
Terrarum sibi siderumque gazas,
Nato credere in vnico repertas.
Sed tu nunc opibus beata tantis,
Inuenta tibi prole gratularis,
Et pacti immemor, indicem reperti
Expertem PVERI sinis clientem?



FINIS.



SYNOPSIS.
LIBRI PRIMI.

1 *Tusculanum, seu Amœnitas vernans.*
2 *Campanum, seu Vesuuius flagrans.*
3 *Lauretanum, seu Domicilium volans.*

LIBRI SECVNDI.

1 *Classicum S. Hieronymi.*
2 *Nauticum S. Petri.*
3 *Aulicum vitæ Ambitiosæ.*
4 *Panegyricum vitæ Modestæ.*
5 *Palæstinum Godefredi.*
6 *Bellicum Tilij.*
7 *Tragicum generis humani.*

LIBRI TERTII.

1 *Genethliacum, de Christi Natali.*
2 *Bucolicum, de Christi Mapali.*
3 *Basilicum, de Christi Stella.*
4 *Cygneum, Simeonis.*
5 *Querulum, B. Virginis.*

